agens eē ab eo cui impoſitum fuerat ad aliud placi-
tum. Poſt autem oſtendemus ꝙ retinere h̄ verbuꝫ
iterꝫ eſt obſeruare primaꝫ eius impoſitionē:ꝛ faciūt
nobis omnes modi propter quos implicat ſic res: ꝛ
poſt h̄ deſtruetur hoc totum alijs modis:ex quibus
etiam eſt quod de ſenſibili.Et deīde eſt quod de ani
mali:ipſe.n.conſtat ex intentiōibus cōmunibus ꝛ ꝓ-
prijs:ſed intentiones in eo cōmunes ſunt:ſicꝫ h̄ ꝙ eſt
corpus:aut aliquid aliud:ꝛ qḋ eſt habens virtutem:
aut formam aut qualitatem qua non diſcernitur: qꝛ
non diſcernitur niſi per id quod magis eſt propriuꝫ
ꝗ̄ ipſa:hoc eſt:quia corpus aut aliud eſt habens vir-
tutem comprehendentem ſingula tali vel tali mō:ꝛ
ex illis eſt h̄ ꝙ animal ꝗ̄uis non faciat differre vna
parte ſue intentionis que eſt corpus:ſed alia parte q̄
eſt ſenſibile. Nos tamen ſcḋm viam conſiderationis
huius non incedimus:nec attendimus hanc cōſide-
rationem:nos enim non conſideramus animal niſi
ſm ꝙ eſt animal: animal autem ex hoc ꝙ eſt anial
vnum quidem eſt:ꝛ ex hoc ꝙ eſt hoc vnuꝫ neceſſe ē
vt faciat differre differentia que eſt inter ipſum ꝛ ve
getabile:aut non.Si autē non facit differre h̄ ōdit
vt vegetabile cōueniat animali in hoc ꝙ eſt animal
qḋ eſt impoſſibile.Si autem facit differre:tunc iam
aduenit ex iſto ſm hoc ꝙ eſt animal differētia:ꝗ̄uis
aduēiat etiaꝫ ex vna parte eius:ꝛ fortaſſis h̄ pars eſt
cauſa principalis in hoc. Cum autē fuerit in aliquo
cauſa propter quā illud ſit cauſa alicuius diſpoſitio-
nis quā habet cauſa:non videbitur propter h̄.vt ha-
beat diſpoſitionem accidentaliter. Multa eniꝫ ſunt
huiuſmōi: cū autē fuerit aliquid cauſa propter quā
ſit aliud alicuius diſpoſitionis:ꝛ cauſa habet illā diſ
poſitionem: non ideo debet habere accidentaliter:
multa enim ex rebus ſunt huiuſmodi. ¶ Non nego
autem ibi eſſe quedam que conſequuntur id qḋ po-
nitur ſignans eē quibus differt id qḋ vocatur gen⁹
vel ſpecies a differentia.Et quedam que conſequun
tur differentiam que habet ſenſibile:ꝛ non animal:
ſed h̄ non eſt ſm primam poſitionē:nec ſm auctori-
tatem ſumptam de hoc ab illis qui tractauerunt de
iſtis verbis ſm primam impoſitionem: ſed ſunt ne-
ceſſitates ad quas nos impellunt huiuſmodi repu-
gnantia. ¶ Cum autem manifeſte intelligitur de v͛-
bo aliquid quo poſſumus eſſe contenti:tūc illḋ poſt-
ponere:ꝛ ad aliud tranſire:modus.n.euagatiōis eſt:
ꝛ pertinacie:ad quē adducit elatio: acquirēdi ꝛ veri
tati ꝛ fo:ſe neſcire nec cogitare ex his q̄s diximꝰ qō-
nibus niſi cum audiuit.

Impoſſ ē vnius rei eſſe plꝛs diffinitiōes ꝯpletas.

Dicemus nunc iam oñſum eē ꝙ verbum incōple
xum vniuerſale: aut eſt ſubſtantiale
aut accidentale:ꝛ qḋ eſt ſubſtantiale
alicui:aut eſt aptum ſignare eſſe aliq̄

Dicn. habꝫ lr̄a. ſed forte melius elatio acqrēdi veritatis ꝛ ſciendi ꝛc.

Eſſe ſubſtãle duplex.ſ.
Significans eē vni⁹.
Sigñans eē mĺtoꝝ.

modo:aut non eſt aptũ. Significans autem eſſe eſt: aut qđ ſignat eſſe multorum que non differunt ſubſtantialiter: aut ſignificat eē multoꝝ quorum eēntie differunt ſubſtantialiter. Exemplum autem pmi eſt nomen ſolis quando vocatur ſol ħ deſignat: aut nomen hominis quando vocatur homo Socrates: ⁊ Hypocras. Exemplum autem ſcđi eſt ſignificatio huius nominis animal quaꝫ de equo ⁊ aſino ſimul alicui interroganti qui ſunt reſpondebit ꝙ ſunt animalia. hoc enim nomen ſignificat veritatem eorum integre ſ₃ ħ qđ interrogatur de collectiõe eoꝝ: ⁊ queritur certitudo quam habent communem.

Dĩa inter illa duo ſubſtãlia.

¶ Differentia aũt duoꝝ modoꝝ ħ eſt: qꝛ primus modus eſt ſignificans eē collectionis: ⁊ tunc vniuſcuiuſqꝫ nomen eam nominis ſignificat ⁊ integre veritatẽ ſubſtantialem quã habent Socrates ⁊ Hypocras. Nec excedit eam nec relinquitur ab ea niſi qđ proprium eſt vniuſcuiuſqꝫ de proprietatibus accidentalibus: ſicut iam noſti ex predictis. ¶ De modo vero ſcđo tu ſcis ꝙ animalitas ſola eſt ſignificatiua eē hominis ⁊ equi vniuſcuiuſqꝫ per ſe: ex ea enim ſola non eſt vnumqđqꝫ eorum id qđ eſt: nec excedunt iſtã accidentalibus differentijs ſed ſubſtantialibus. Quicquid autem habent cõmune de eē nomen animalis ſignificat: ſenſibile vero ſignificat partem totius qđ complectitur ſignificatio huius nominis animal. eſt igitur pars perfectionis veritatis eorum in qua conueniunt non integre: ſimilis eſt diſpoſitio rationalis comparatione hominis.

Obiectio.

¶ Poteſt autem hic aliqs dicere ꝙ animal nihil ſignificat qđ nõ ſignificet ſenſibile: ſicut enim non eſt animal niſi corpus habens aīaꝫ: ita ſenſibile non eſt niſi corpus habẽs animaꝫ.

Solutio.

¶ Contra reſpondemus dicentes ꝙ hoc quod dicimus nomen ſignificare aliquã intentioneꝫ non eſt eo modo quo intelligiť .ſ. vt quicquid nomen ſignificat neceſſario ſit ideꝫ eius ſignificatio. Scis eniꝫ ꝙ hoc nomen mobile quũ ſignificat neceſſe eſt ibi eſſe mouentem: ⁊ hoc nomen tectum quuꝫ ſignificat neceſſe eſt ibi eſſe fundamentum: ⁊ tamen ob hoc non dicimus ꝙ hoc nomen mobile ſignificet: vel intelligatur ex eo mouens: nec ex hoc nomine tectuꝫ intelligatur aut ſignificetur fundamentum: ſenſus enim de ſignificatione nominis eſt: vt nomen ſit illius intentionis que eſt ex prima impoſitiõe. vnde etiam ſi fuerit alia intentio adiuncta prime extrinſecus quã percipit intellectus quãdo percipit primam: nõ ideo nomen erit ſignificatiuum eius ſm impoſitioneꝫ primam. Aliquãdo erit vna intentio predicabilis de quacunqꝫ predicabiť intentio alterius nominis: ſicut intentio corporis eſt cum intẽtione ſenſibilis: ⁊ cũ intentione mobilis. Intentio enim quã ſignificat dictio eſt duobus modis: principaliter ⁊ ſcđario. principalis autẽ eſt: ſicut hoc quod dicimus animal ſignificare coniunctionem corporis habentis naturã ſenſibilis. Secũdaria eſt: ſicut huiuſmodi qđ ſignificat corpus. intellectus.n. eius icluditur in intellectu animalitatis: neceſſario ergo id qđ ſignificat animalitatem continet intellectũ corporis: non ꝙ extrinſecus inuat illđ. Erit ergo ħ ſignificatio vera ⁊ pncipalis: ⁊ ſcũdaria: ⁊ ſignificatio extrinſeca. Quando.n. dictio ſignificauerit aliquid qđ ſignificat: cognoſcitur intrinſecus: ⁊ aliquid extrinſecus adherere ei: qđ nõ habetur ex ſignificatione dictionis: nec vt contentũ: nec vt principale: nec vt coequale. ¶ Si autem volumus hoc totuꝫ complecti ⁊ acquirere: dicemus ꝙ

Nõ eſt neccĩũ ꝙ qcqd nomẽ ſignificat ſit illi⁹ noīs ſignĩatio.

Sigĩatio noīs ꝓpe reſpicit primam īpoĩoẽ.

ſignificatio dictionum eſt tribus modis: qꝛ eſt ſignificatio parilitatis: hoc ꝙ eſt animal ſignificat corpus habens animam ſenſibilem: ⁊ ſignificatio continentie: vt ſignificatio corporis ab animali: ⁊ ſignificatio comitantie: vt ex tecti ſignificatione fundamentuꝫ.

Sigĩatio dictionũ triplex.
Paralitatis cõtinentie.
Comitantie.

¶ Et quando quidem ita eſt redibimus ad id in quo eramus dicentes: quia intelligitur ex ſenſibili id qđ habet ſenſum: animal vo intelligimus ꝙ ſit corpus habens animam: ergo ſignificatio corporis ⁊ ſenſibilis eſt ſignificatio comitantie. Aliquãdo vero ſm placitum logicorum interſerunt ꝙ eſt corpus habens animam ſenſibilem. Eſt ergo ſigĩatio eius ſm integram veritatem ſignificatio parilitatis: ⁊ ad eius partes ſignificatio continentie: ſignificatio ſenſibilis vero ſm parilitatem non eſt niſi perfectũ: totum vero ⁊ alias partes non ſignificat niſi ſm comitantiam. ¶ Cum ergo dicimus hic dictionem ſignificare: non intelligimus hunc modum ſignificationis: vt iam oſtenſum eſt: que eſt dictio ſignificans eē: ex quo modo remouetur predicta queſtio. ¶ Dictio autem ſubſtantialis alicui que non ſignificat eē eius cui eſt ſubſtãtialis: nec vt genus: nec vt ſpecies: impoſſibile eſt eē id qđ eſt generalius ſubſtantialib⁹ cõmunibus: tũc enim ſignificaret eē cõe aliq̃ modo. Eſt ergo minus cõmune q̃ꝫ illud: ſed eſt aptuꝫ ad ħ: vt per illud differant contenta ſub eo inter ſe: eſt ergo aptum ad quale quid: ergo eſſe ſubſtantiale qđ non ſignificat eſſe rei eſt ſignificans quale quid.

Obiectio.

¶ Si quis autem dixerit qđ aptuꝫ eſt ad quale quid ipſum etiam aptuꝫ eſt ad quid. Sẽſibile enim quãuis negatur ſignificare eſſe hominis: ⁊ equi: ⁊ bouis ad modum generis vel ſpeciei: non tamen negatur ſignificare eē cõmune audienti ⁊ videnti ⁊ tangẽti. ¶ Unde non oportet ſubſtãtiale diuidi in id qđ reſpondetur ad quid: ⁊ in id qđ reſpondeť ad q̃le quid: ita vt alterum non contineať in altero: non enim cõſtat: vt quicquid ſignificauerit quid eſt: non ſignificet quale quid: vnde compellimt concedere quod dixiſtis debere alios dicere.

Solu.

¶ Reſpondemus ad illud ꝙ p⁹ qđ ſolueť cum ſcieť nos non negare ꝙ illud qđ ſignificat quid ſunt aliq̃: ſignificet quale quid ſunt alia: quia cõcedimus hoc: non enim negamus niſi qꝛ (verbi grã:) ſenſibile eſt ſignificans eſſe ſpeciale. Senſibile etenim eſt: ſic animal in ſubſtantialitate homini equo ⁊ boui: quoniã ſenſibile ſubſtantiale cõmune eſt multis quibus animal eſt ſubſtãtiale cõmune: ⁊ non negamus niſi quodam aliud. ſcꝫ dicentes ꝙ conueniant in ſubſtantialitate: differant tamen in hoc ꝙ animal eſt per ſe ſignificans eſſe cõmune illis quibus vtriuqꝫ eſt ſubſtãtiale aliꝫ: vt corpori. ¶ Et per ħ non debet eē contẽtio in hoc quod dicimus ꝙ ſubſtantiale non eſt accidentale: noſtra enim intentio eſt ꝙ non eſt accidentale ei cui eſt ſubſtantiale. ¶ Qđ aũt ſcđa ſoluiť per ħ ꝙ non intelligim⁹ ſigñans q̃le quid: aptũ tñ ad q̃le qd abſqꝫ qd: ita vt ei⁹ ſigĩatio nõ ſit niſi intẽtio intriſeca ei in nomine ſignificante eſſe generale: aut ſpeciale: ſed intentio conſtitutiua qua differunt. cum auteꝫ dicimus ſignificãs q̃le quid intelligimus hãc itẽtiõeꝫ.

Nõ iplicat ꝙ ſbãle ſit accñtale reſpectu diuerſoꝝ.

Dubitatio.

¶ Si autem quis dubitauerit ⁊ conſiderauerit qualis ſit predicatio ſenſibilis de audiente vel vidente: ⁊ tangente: an ſit reſpondẽdũ de eo: aut quid: aut nõ: ⁊ quo modo eſt poſſibile: vt reſpondeatur ad qd: qꝛ ħ hec erunt ſpecies ſenſibilis ⁊ aliqua diuerſa differentia: tunc ſenſibile non predicabitur de illis: vt id qđ

reſpõdetur ad quid: animal enim eſt perfectioris ſignificationis: quomodo enim non eſt itẽ: cum ipſum ſit perfectius predicatũ ɋ̃ eo ꝺ quo predicatur cõiter.

Solutio.

¶ Iſte autem ſic dubitans debet ſpectare radices q̃liter predicetur genus de ſpẽ: hoc enim notum erit poſtea: ꝛ poſtq̃ꝫ hoc in manifeſtũ eſt: dicemus ꝙ ſubſtantiale ſignificans eẽ vel quid eſt: vocatur id qḋ reſpondetur ad quid: ſubſtantiale vero ſignificans q̃le quid dicitur ad qḋ reſpondetur ad q̃le: vt in ſua eẽntia: aut quale quid eſt. ¶ Accidentale vero aliquando eſt proprium nature eius de quo predicatur: ꝛ accidit illi tantum: ſicut riſibile ꝛ ſcriptor homini: ꝛ vocatur proprium: ꝛ aliquando eſt illi accidẽs ꝛ alijs: ſicut album homini ꝛ alijs: ꝛ dicitur accidens cõmune.

Accidẽtale duplex s. ppriũ ꝛ cõe.

¶ Unde eſſe ſubſtantiale vniuerſale: aut ſignificat eſſe minus cõmune ꝛ vocatur ſpecies: aut notat q̃le eſſe ꝛ vocatur differentia. ſic vniuerſale accidẽtale: aut eſt proprium ꝛ vocatur proprietas: aut conuenit in ipſo multis ꝛ vocatur accidẽs cõmune. ¶ Ergo omne nomen vniuerſale: aut genus: aut differentia: aut ſpecies: aut proprietas: aut accidẽs cõmune.

Cõcludit nũerũ vliũ ꝛ oſtẽdit quõ nullũ eoꝝ ẽ tale in ſe.

Hoc autem qḋ eſt genus nõ eſt genus in ſe: nec in cõparatione omnium: ſed eſt genus eorũ que cõueniũt in eo: ſimiliter ſpecies non eſt ſpecies in ſeipſa: nec in comparatione omnium rerum: ſed in comparatione eius qḋ eſt aliquid in ipſa: preter hoc ẽt differẽtia nõ ẽ differentia niſi comparatõe eius qḋ diuiditur in ſubſtãtia per illam: ſimiliter etiam proprietas non ẽ proprietas niſi comparatiõe eius cuius nature accidit tantum: ſimiliter accidens cõmune non eſt accidẽs niſi in cõparatione eius cui accidit ꝛ nõ aliter. ¶ Nũc ḡ loquamur de vnoquoq̃ eorũ per ſe: ꝛ deinde loquemur de eorum cõmunitatibus ꝛ differentijs: ſic habet viſus: incedẽtes ſm viam aliorum.

DIcemus ꝙ verbum ſignificans intentionẽ generis prius apud eos ſm primã impoſitionem ſignificabat aliud: ꝛ deinde per impoſitionem ſcdam tranſlatum eſt ad ſignificandũ intentionẽ que apud logicos vocatur genus. Illa autem intentionem in qua multi cõueniebant vocabant genus veluti genus eorum: vt ceſares: aut patriam vt egyptij. Quod.n. apud eos vt ceſares: vocabatur apud nos genus comparatione ceſarum ſingulorum: ſimiliter egyptij vocabantur inter eos genus comparatione ſingulorũ qui nati ſunt in egypto: aut qui in ea cõmorabantur. Unde etiam in quo cõmorabantur: ꝛ in quo conueniebant multi erat gen⁹ eorum. Ceſar enim erat genus ceſaꝝ: ꝛ egyptus genus egyptioꝝ: ꝛ hec pars erat conueniẽtior apud eos generalitati. Ceſar enim cauſa eſt de hoc qḋ ceſarietas ſit genus ceſaꝝ: ꝛ egyptus cauſa ꝺ hoc ꝙ egyptietas ſit genus egyptioꝝ: ꝛ putabant ꝙ cauſa dignior ẽ nomine q̃ꝫ cauſatum. Conuenit enim vtrũq̃ in ſignificatione nominis anteq̃ꝫ appropiquauerint ſibi i eo. ¶ Uidetur etiam mihi ꝙ officia ꝛ artes vocabãtur genus. ¶ Et quoniã hec intentio que nunc vocatur apud logicos genus fuit vnum in intellectu qḋ habet comparationem ad multa que conueniũt in eo. Quia in lingua ſua non erat ei nomẽ quo appellarẽtur ea que ſunt inter ſe ſimilia tranſtulerunt adhuc ꝛ vocauerunt genus hoc. s. de quo loquuntur dialetici: ꝛ deſcribunt dicentes ꝙ eſt: id qḋ pdicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo ꝙ quid eſt.

Triplex ſignificatiõ hui⁹ vocabuli gen⁹ et quõ trãſlata fuerit ad genus logicũ.

Deſcriptio gñis logici.

¶ Primum autem q̃ꝫ incipiamus exponere hanc deſcriptionem inuoluamus facile ſenſum diffinitionis ꝛ deſcriptionis: ſed differem⁹ expoſitionẽ eaꝝ vſq̃ ad locũ quo oſtendemus quid ſit ſillogiſmus dmõſtratiu⁹. ¶ Dicamus ergo ꝙ primum qḋ predicatur: ꝛ queritur in diffiniendo hoc eſt. s. vt nomen ſignificet eſſe rei. Si autẽ intentio rei fuerit intentio incõplexa non compoſita ex multis intentionibus: tunc nõ debet ſignificari eius ſubſtantia niſi nomine qḋ tãtum ſignificet ipſam ſubſtantiã: ꝛ hoc erit nomen eius tantum: nec erit aliquid quo potius ſignificetur eſſe rei q̃ꝫ ppriũ nomen eius. Aliquãdo autem ſignificabitur nomine multiplicato: qḋ eſt nomen eius: qḋ erit manifeſtius q̃ꝫ ipſa. Cum vero ſignificatio nominis non dederit aliquid certũ: erit neceſſaria alia ſignificatio que nõ tantũ ſignabit eius ſubſtãtiã: quibus excitabitur intellectus ad intentiones per quas perueniet ad intellectum eius: aut contẽtus erit ſignis abſq̃ eſſe: ꝛ nõ comprehendet illud ſicut tu modo. Quod ergo ẽ huiuſmodi non habet diffinitionem: ſed habet nomen quo oſtenduntur ei extra ꝛ accidentia ꝛ comitantia.

Nota de diffi.

¶ Si enim intentio ſubſtantie fuerit compoſita ex intentionibus ex quibus eſt eius eſſe: ita ꝙ hꝫ dent ei eſſe: quia de ſubſtantialibus magis propria ſunt ei genus ꝛ differentia. (ſicut debes intelligere ex premiſſis.) Differentia autem differentie ꝛ genus generis ꝛ qḋ componitur ex illis habet mediãte alio que cõtinentur in genere vel differẽtia. oportet ideo: vt diffinitio ſit compoſita ex genere ꝛ differentia: cũ autem dederint genus propinquũ ꝛ differentiã que eſt poſt ipſum: conficietur ex eis diffinitio: ſicut hꝫ qḋ dicimus de diffinitione hominis ꝙ eſt animal rõnale. ¶ Si autẽ genus nõ habuerit nomen dabũt ẽt diffinitionem eius: ſicut ſi animal non haberet nomẽ: diceretur corpus habens animam ſenſibilẽ. Deinde apponeretur rationale. Similiter de differentia: omnino autẽ diffinitionem comprehendit omnes intentiões ſubſtantiales rei: ꝛ oſtendit eas: aut ſignificatiõe principali: ſicut cũ oſtendit intentionẽ vnam contractam ex collatione ꝛ ſignificatione cõtinentie: ſicut quum oſtendit partes. ¶ In deſcriptiõe vero nõ queritur niſi: vt componatur oratio ex cõſequẽtibus rem que ſunt ei paria que habebit quicquid cõtinetur ſub ea: ꝛ nihil aliud: ita vt ſignificet eam ſignificatiõe ſigni.

Nõ ẽ deſcriptiõe.

¶ Cõuenientius eſt autem: vt prius ordinetur in ea genus: aut proximum: aut lõginquum. Et deinde apponantur accidẽtia aut proprietates: ꝙ ſi ita nõ fuerit tũc deſcriptio vicioſa. ¶ Exemplũ autem huius hoc eſt: quũ dicitur ꝙ homo eſt animal latarum vnguiũ erecte ſtature eminẽtium carniũ: riſibile: vel cum dicitur hoc totũ abſq̃ animali.

Qualis ſit deſcriptio vicioſa.

¶ Ergo pdicari in declaratiõe nominis generis eſt: ſicut hoc quod vocatur genus. ¶ Predicatum autẽ aliud eſt de multis: aliud eſt de vno ſolo: ergo predicatũ de pluribus erit generi quaſi genus: predicatũ vero nõ de pluribus nõ indicat genus: predicatũ vero de pluribꝰ cõtinet genus ꝛ cetera. de quinq̃ vlibꝰ. ¶ Cũ vero dicimus differẽtibus ſpecie in eo qḋ quid eſt. appropiatur genus. Differẽtia autẽ ſpecie itelligimus differẽtia ſubſtãtialiter.

Predicari i eo ſunt de gñis ẽ ſic genus. s. remotũ. pdicari vero ẽ plibus ẽ ſic gen⁹ ꝓpinquum.

¶ Species enim aliquãdo dr veritas omnis rei in ſuo eſſe ꝛ forma: ꝛ ita vt nõ conſideretur eius comparatio ad aliud: ꝛ precipue cum fuerit poſſibile in itellectu predicari de multis cõuenientibus in ipſa in effectu: aut nõ in effectu: ſed in potentia ꝛ ipoſſibilitate opionis. ¶ Ad oſtendendum autẽ qḋ.

Spẽs ꝓ forma.

sit genus: non est necesse considerare aliquid borũ. Cũ enim multa fuerint diuersa in eẽ. Et deinde pre-dicatur de illis aliud tali predicatiõe illud aliud erit genus. ℂ Debet autẽ intelligi h̃: qd̃ dicimus de hac re: s. q̃ predicatur de multis ad interrogationez per quid: quoniaz h̃ iam debet fieri nisi interrogatur de multis simul non debent quoq; eoꝝ per se: sicut iaz nosti. Differentia autẽ non predicatur in qd̃ vllo modo. ℂ Species quoq; ex hoc q̃ est species nõ predicatur de aliquo predicatiõe huiusmodi: sed de eo p̃di-catur aliter. Si vero contigerit ipsum predicari taliter iam fit genus. ℂ Debes autẽ scire q̃ nihil habet genus ⁊ speciem: (que pertinẽt ad relationẽ.) nisi ex hoc q̃ habet intentionẽ diffinitionis eoꝝ. Cum autẽ attribuimus hanc diffinitionẽ generi: percipim⁹ qd̃ genus. Percipimus aliqd̃ insuper qd̃ iudicaretur si diceremus. s. ex hoc q̃ ita est si plenius diceremus: qd̃ autem postea appropriatur nomine speciei postea scies q̃ non predicatur de multis diuersis in specie: sed in numero. Accidentaliũ vero nullũ predicatur in quid: nullius igitur alioꝝ est hoc propriũ. Omne autem genus habet hoc propriũ: diligenter ergo considerata intentio huiusmodi diffinitionis vocat̃ genus.

Prīa dubitatio.

ℂ Contingunt autẽ circa h̃ questiões multe: quarum vna ẽ q̃ si genus habet aliquid: quod sit ei quasi genus: (⁊ hoc est predicatũ de multis.) tũc genus p̃dicabitur de genere: quod est supra se.

Solo. Quõ p̃dicari de multis p̃dicat̃ d̃ gñe ⁊ ẽẽ diuersa mode tñ ⁊ nõ q̃ h̃ oia ... sunt ex ... qd̃ ... scõe ... qd̃ ẽ de se iunct̃ p̃dicari multis.

ℂ Ad qd̃ respondemus: qd̃ predicatur de multis p̃dicatur de genere vt genus: sed genus de eo non: vt genus: sed vt accidens. Non. n. dicitur q̃ omni p̃dicato de multis accidit genus: nisi aliquo respectu: sicut animali accidit generalitas aliquo respectu. s. respectũ cõmunitatis. sicut in proximo ostendemus: ita q̃ generalitas non est constituens animal vllo mõ. Non autem non negamus quin intentio minus cõmunis predicetur de magis cõmuni: s; non de omni. Si autem genus predicatur de predicato de multis: sicut predicatũ de multis predicatur de genere: esset impossibile.

Scda dubitatõ.

ℂ Item queritur de hoc q̃ accipimus nomen speciei in diffinitione generis. Cum enim volueris diffinire speciem: videtur necessario apponendũ nomen generis: sicut postea ostendetur. cũ dicitur q̃ species est id quod ponitur sub genere. Sed interroganti videtur esse ignotum. Ostendere. n. ignotũ per ignotum. non est ostendere: nec declarare: omnis autem diffinitio vel descriptio est declaratio. ℂ Ad hoc autem iam responderunt quidam dicentes q̃ quia duorum relatiuorum vnũ non intelligitur esse nisi cõparatione alterius: genus autem ⁊ species relatiua sunt: ideo debet vnusquisq; eorum accipi in descriptione alterius necessario. Unumquodq; enim eorum non est id quod est nisi ex comparatione alterius.

Solõ quãdã ... ẽ porphyrij capitulo de spẽ.

Obo prima.

ℂ Hec autem descriptio auget dubitationem in aliis que sunt preter genus ⁊ speciem: in quibus est implicatum: qd̃ in genere ⁊ specie: augmentum vero implicationis non est explicatio. ℂ Indagator etiam dicet tibi adapta diffinitionez relatiuorum: cũ3 diffinitione generis ⁊ speciei: ⁊ fac scire quomodo: (quũ sint simul incognita.) scitur alterum per alterum.

Scda.

Tertia.

ℂ Item in solutione solent considerari propositiões questionis ⁊ destrui altera vel vtraq;: in hac autẽ solutione quã h̃ inducit non cõsiderauit propositiões. Non enim dixit q̃ genus ⁊ species vtraq; non sunt incognita apud introducendu3: nec dixit cum sciat̃ alter ex altero: (quũ ipsum sit ignotum.) Non est hoc dicere ignotu3 per ignotu3. Hoc eni3 negare impossibile erat eum: nec poterit etiam negare q̃ docere ignotũ per ignotũ nõ erat declarare. Nec dixit q̃ ex ordine harũ propositionũ non prouenit: qd̃ queritur ex eis: quare h̃ non considerauit ꝓpositiones questionis: nec suum syllogismum in hoc fecit.

Quarta.

ℂ Et etiam accidit ei maximus error ex hoc q̃ nõ potuit inuenire differentia3 que est inter id qd̃ scit̃ cu3 aliquo: ⁊ id ex quo scit̃ aliud. ℂ Id eni ex quo aliud scitur est id qd̃ per se scitur: ⁊ fit pars ostẽdẽdi aliud cui: quũ adiuncta fuerit alia pars peruenit̃ ad cognitionẽ alterius: qd̃ ia3 cognitũ fuerat nunq̃ ante illũ. Qd̃ autem scitur cum aliquo est id qd̃ cum perfecta fuerit cognitio rei ex conuentu ostendentiũ rem: sic sicut res etiam scietur. Et cum non illo scitur illũ nisi q̃ scietur: nec ex illo sciet̃ res. Et ideo ẽ pars totius collationis que ostendit rem: partes enim collationis ostendentis rem: quũ non conueniunt simul: nõ scietur res: vna enim eaꝝ est significans partem cognitionis quã habet res tantum: ⁊ interdum partes dicuntur: ⁊ nõdũ sunt complete: ideo dicimus est res h̃ cognita. Cũ vero complete fuerint: sicut res. tũc ⁊ scitur id quod scitur cum re: re vera vero non sciuntur nisi simul. Cũ autem sciuntur alia ex alijs seqt̃: vt cognitio vnius sit prior cognitione alterius: ⁊ non cum cognitione alterius. Et ideo id qd̃ scitur cũ aliq̃ aliud est ab eo ex quo scitur aliud. Id eni3 ex quo scit̃ aliud prius est in cognitione q̃ illud. ℂ Unde dicimus q̃ relatiua non diffiniuntur s̃m hanc imperitia3: qua3 inuenit ille qui putat per eam soluere huius questionez. Sed in diffinitione relatiuoꝝ est quidã modus collationis per quez remouebitur hec perplexitas: cui⁹ declarationis alius est locus. ℂ Sed exemplu3 ei⁹ proximo est hoc: q̃ quũ interrogatus fuerit quid est nihil dices. Respõdeo q̃ h̃ est qui habet fratrẽ: nisi dixeris q̃ ille frater cuius pars ẽ pater alterius qui dicitur esse frater eius: ⁊ tũc in duas partes declarationis quaꝝ nulla est diffinita ex altero relatiuoꝝ u3. Qui autem h̃ expedieris iam ostendisti rationez relatiuorum simul. ℂ Postq̃ vero iam ostẽdimus illum nihil determinasse redibimus ad id a quo digressi sumus dicentes q̃ diffinitio generis perfecta est: l3 non accipiatur in ea species. s̃m hoc q̃ species est: ⁊ refertur ad ipsum: sed s̃m hoc q̃ est essentia. Cũ eni3 intelligitur ex specie esse: ⁊ veritas rei ⁊ forma: (plerumq;. n. intelligitur ex ea hoc: s̃m visum eoꝝ.) nõ erit tunc species ad genus. Cum. n. intelligitur. (differentia specie3.) differentia in esse ⁊ forma: iam perfecta est diffinitio generis. Cũ enim dixeris q̃ gen⁹ predicatum de multis diuersis in seipsis esse ⁊ formis: ⁊ substãtialibus ad interrogationẽ per quid sunt: ia3 perfecta est diffinitio generis: ⁊ non est necesse spẽm ex hoc q̃ est relata poni in eius diffinitione: q̃uis relatio aliquo modo h̃ intelligatur. Sed non est sic: vt propter hoc sit diffinitio que est eorum: quoꝝ vnu3 diffinitur ex altero: sed relatio que est h̃ intelligit̃ esse hec. q̃ quũ dixeris q̃ est predicatum de multis diuersis in esse: ia3 posuisti diuersa in esse predicari de ipso. ⁊ hoc est quod inuit̃ de relatiõe que tibi accidit.

Dixi hec sciunt cũ alio ⁊ sciunt ex alio.

Solo pcis ad scdas dubitatõs.

Solut dubitãs.

ℂ Qd̃ autem non fecerit diffinitionem eorum: quoꝝ alterum diffinitur ex altero hoc est: quia pars diffinitionis est esse: sed vniuersalitas diuersa in esse nõ diffinitur per genus. ℂ Ergo ia3 diffinisti gen⁹ tali diffinitione: ex cuius fine ⁊ in potentia diffiniri species que refertur ad genus q̃uis non posueris eam in eius

Excuſat ſe.

fectus (ſm q eſt relatiua.) partē diffinitionis generis. ℂ Sed diſputare de hac paruitate diffinitionum q̄s habent relatiua: et quare ſic eſſe debeat: et quomodo poterit conſiderari id qd̄ habet vnūquodq; relatiuorum per ſe non: vt predicetur comparatione alterius: poſtea declarabitur alias.

Species autē apud grecos dicebatur ſʒ aliam intentionem preter ſpeciem logicā: nomen eniʒ qd̄ tranſtulerunt greci prīmi ad intentioneʒ ſpeciei logice primo impoſuerant ſm primam inſtitutioneʒ forme vniuſcuiuſq;: et quia poſtea inuenerunt q ea que ſunt ſub eodem genere habēt formas: et eſſe que ſunt propria vnicuiq; eorū: ideo vocauerunt ea: ex hoc q ſunt: ita ſpecies: et ſicut nomē generis continebat intentionem vulgarem et logicam: ita nomen ſpeciei abſolute continet intentionē vulgarem et logicam. ℂ Et ſic nomen ſpeciei logice continet: ſm logicos duas intentiones: quarū vna eſt cōmunior: et alia magis propria. ℂ Cōmunior autē intentio eſt hec quā dicūt referri ad genus: et diffiniūt dicentes q eſt poſita ſub genere: aut de qua predicatur genus ſubſtantialiter et alia huiuſmodi. ℂ Intētio vero magis propria eſt quā aliquando deſcribūt ſm aliquem reſpectū dicētes q eſt ſpecies ſpecialiſſima: et h̄ eſt que ſignificat eſſe: qd̄ eſt cōmune pluribus non differentibus ſubſtantialiter. ℂ Et hec intentio vocatur ſpecies: ſm primam intentionem: q̄r h̄ nūq̄ erit quin ſit ſub genere. ℂ Et dicitur ſpecies ſm intentionem ſcd̄am. ℂ Sed inter hos duos act⁹ eſt differentia: quum tantum ſm primam intentiōeʒ referatur ad genus: ſed et ſm ſcd̄am intentionem nō referatur ad ipſum: ad hoc enim: vt p̄dicetur de pluribus differentibus numero in quid non eſt neceſſe: vt ſit aliud quid cōmunius q̄ ipſa: qd̄ predicatur de ipſa. ℂ Itentio autem ſpeciei: ſm primū modū non eſt: ſicut genus: ſm intentioneʒ ſpeciei: iuxta 2ᵐ modum conſtituens illam. ℂ Poſſibile eſt .n. in opinione: vt id qd̄ eſt ſpecies hoc modo: primo non habeat ſpeciem: iuxta 2ᵐ moduʒ. Non prohibetur enim in intellectu intelligere vniuerſale qd̄ ſit p̄ᵐ: et non eſſe ſub eo vniuerſale. Et preter h̄ non diuiditur differentijs: ſicut punctus ſm aliquos. ℂ Et qd̄ eſt poſſibile remoueri in opinione: etiam non erit ſubſtātiale: ſicut iam noſti: qd̄ autē non fuerit ſubſtantiale nō erit genus: ſed ſi neceſſe fuerit ibi eſſe non erit niſi accidens comitans. Aliquando autē dicitur: vt ſpecies ſpecialiſſima. ℂ Qd̄ autem intelligitur de hoc q eſt ſpecies ſpecialiſſima: non eſt id qd̄ intelligitur de h̄: q eſt ſpecies: ſm intentiōeʒ qua dicitur de multis diuerſis numero in quid: quo eteniʒ cū ex hoc: q ē ſpecies ſpecialiſſima: ſpecies ſit ei: vt genus intrās in ei⁹ diffinitione: propter quā referatur ad ſpecies q̄ ſunt ſupra eam. ℂ Deinde certiſſime neſcio vter eorum modorum: ſm logicos fuerit prior: nō eſt .n. longe q id ad qd̄ primū tranſtulerūt nomen ſpeciei ſit id qd̄ eſt ſupra ſingularia. Et deīde propter hoc q accidit ei habere ſupra ſe aliam cōmuniorem vocauerūt: qd̄ eſt ſub cōmuni huiuſmodi ſpecialitatem. Nec etiaʒ eſt longe q alia intentio antiquorū ſit: ſed q̄r hāc intentiōeʒ comitabatur: vt eſſet ſpecies ſpecialiſſima: et propter ſuam relationem reſtringentē ſpecialitatē: tantum abſq; generalitate poſuerunt digniorē: tūc nomine ſpecialitatis: et quia eſt ſtatiʒ poſt ſingularia

Duplex ſignificatū ſpēi ſm analogiam.

Spēs logica duplex .ſ. cōis et ꝓpria ſeu ſpāliſſima.
Spēs cōis qd̄.

Species ſpāliſſima quid.

Dr̄ia īter ſpēm cōem et ſpēʒ ſpāliſſimā.

q ſpēs cōis non ſit ſicut gen⁹ ad ſpāliſſimā ſpēs.

Quis mōꝝ ſpēi ſit prior.

vocata eſt ſpecies. Hoc autem eſt: qd̄ ego nequeo diſcernere: q̄uis magis fouea q nomē non fuerit p̄us impoſitū ſpeciei: ſʒ reſpectū quo refertur ad genus. ℂ Debemus autem ſcire de ſpecie que vna eſt de quinq; in diuiſione prima: ſm quē iſtorū modorū eſt ſpēs. ℂ Dicamus ergo poſſe eē: vt h̄ quinq; membris diuiſio fiat taliter: vt includat vnum tantum duorū modorum: et non alium: cum .n. dicitur q nomen cōmune ſubſtantiale: aut dicitur ſignificare eſſe: aut nō: ſi eſt ſignificans eſſe: aut eſt ſignificās eſſe cōmune differentibus nūero non ſpecie: tūc membrū ſignificās eſſe continebat genus et ſpecie que eſt ſtatim poſt ſingularia: et excludit reſpectū ſpeciei: ſm intentioneʒ q̄ eſt in relatione generis: ſʒ membrū primū. ℂ Et poſtea predicatuʒ de multis differentibus ſpecie in qd̄ diuiditur in id qd̄ eſt ſic: de quo nō predicatur aliqd̄ huiuſmodi: et hoc erit qd̄ vocatur genus tantū: et in id qd̄ predicatꝰ de multis de quo predicatur aliquid huiuſmodi. Et ſm hunc reſpectū erit ſpecies: ſed hec diuiſio non attribuit numerū ſpecialitatis: ſm intētionem relatam abſolute: ſed oſtendit nobis poteſtateʒ huiuſmodi ſpecialitatis: ſm hunc reſpectum .ſ. q eſt genus: et habet ſpecialitateʒ: et oſtendit nobis naturā ſpeciei: ſm reſpectum propriū ſaluam et integram. ℂ Et poſſibile ē autē diuidi taliter: vt det nobis ſpeciem que eſt ſm intentionem cōmuneʒ: et ſpecies ſʒ intentionē propriā ſit in ſcd̄o membro: ita vt ſit in id qd̄ eſt ſpecies. aut qd̄ eſt ſpecies ſpecialiſſima: tamen accidit eſſe ſpeciē. (ſm intentionē quā poſuimus eē magis propriaʒ.) qd̄ eſt ſpecies que ſit genus. ℂ Cū auteʒ diuiditur vniuerſale: ſm qd̄ eſt vle cōmunicatior cōſideratio de illo eſt: vt diuidatur diſione quaʒ habet comparatione inferiorum ſuorū q̄bus eſt vniuerſale: et tunc remouebitur ſpecies ſʒ intentionem cōmunē: et non habebitur poſtea niſi ex alio reſpectū: et tūc ſpecies que primo percipitur erit ſpecies: ſʒ intentionem propriā. Si autem non curaueris de hoc: nec de diſpoſitionibus vniuerſaliū: et de accidētibus eorū que ſunt inter illa: ex h̄ q ſunt vniuerſalia: (ſiē hoc q vnū eſt cōmunius vel magis propriū comparatione alterius non comparatione ſingulariū.) tūc proueniet tibi ſpecies relatiua: ſicut in proximo oſtēdemus. ℂ Non debet autē quis credere: vt h̄ q̄nq; mēbris diuiſio ſit includens omne id in quo diuiditur vniuerſale. Aliquando .n. aliquid diuiditur in aliqua et excludantur ab eo alia que non includunꝰ niſi in alia diuiſione. Animal .n. cum diuidiꝰ in loquēs: et in non loquens non erit niſi bimembris differētia a qua excluditur volatile et greſſibile: et tūc erit neceſſarium fieri aliam diuiſionem. ℂ Non debes auteʒ perſiſtere in dicendo q h̄ diuiſio quīq; membris debeat includere omnē intentionem cuiuſcūq; vniuerſalis: et reſpectum eius: ſed debes ſcire q nō ducis nos ad hoc implicitū: niſi q̄r duo membra diſcreta cōueniunt in vno nomine qd̄ eſt ſpecies. ℂ Conuenientius eſt autem dicere q cū h̄ q̄nq; habita fuerint ꝓuenit ex comparatione que eſt inter illa aliquid aliō .ſ. diſpoſitio eius qd̄ eſt magis propriuʒ inter ea que predicantur in quid: comparatione magis cōmunis: ita q ſit ſpecialitas magis propria: ſicut ante accidit. hec etiaʒ ſingularitas et indiuidualitas quas pretermiſerunt ſic currentes de eis. ℂ Si autem volueris facere diuiſionem ex qua detur nobis ſpecies: ſʒ intentionem relatam que eſt cōmunior: tunc conuenit dici q nomen ſubſtantiale: aut predicatur in qd̄: aut

Dubitatio.
Quis mod⁹ ſpēi eſt vnuʒ ex quinq; vlibus.
Solo.

non:id autem qđ predicatur in quid intelligitur cõmune id qđ conuenit reſponderi ad interrogationẽ factaʒ de multis quid ſint. Deinde dicemus ꝙ ea q̃ predicantur in quid differant in cõmunitate ⁊ proprietate. Quedam enim eoꝝ ſunt cõmunia ⁊ quedã cõmunioꝛa: ex predicabilibus autez in quid id qđ ẽ cõmunius eſt genus minus cõmunis: ⁊ minus commune eſt ſpecies cõmunioꝛis: inuenta autem ſpecie diuidentˀ alr̃ dicentes: neceſſe eẽ aut vt ſpecies fiat genus alij ſpeciei aut non. Et hec diuiſio oſtendit nobis quinq; manifeſte: ⁊ natura ſpeciei ſm intentõeʒ cõmuneʒ continetur in ea. Species vero ſ²ᵐ intẽtionem ſecũdã includetur in ea aliquo modo: ſed in diuiſione prima non fuit ita.

Diuiſio vulgata quinq; vliũ.

Uulgata autẽ diuiſio hoꝝ quinq; affinioꝛ eſt prime diuiſioni. Diuiditur enim ſic: omne nomen incomplexum ſingulare: aut ſignificat vnũ aut multa. Significans autem vnuʒ eſt nomen ſingulare: ſignans autez multa: aut ſignificat multa differentia ſpecie: aut nũero. Signãs vero multa differentia ſpecie: aut eſt ſubſtantiale: aut ẽ accidentale. Si autem eſt ſubſtantiale: aut predicatur in quid: aut in quale quid. Signans autez multa differentia ſpecie in quid ponitur genus: ſignificans quale quid eſt differentia: accidentale vero eſt accidens cõmune. Deĩde dicitur ꝙ id qđ ſignificat multa differentia nũero: aut predicatur in quid: ⁊ eſt ſpecies: aut predicatur in quale quid: ⁊ ſic ẽ proprietas.

Reprehẽſio iſtius diuiſiõis vulgate.

Hec autẽ eoꝝ diuiſio non includit ſpeciẽ ſʒ intẽtionem relatiuam: nec differentiaʒ ſm ꝙ eſt differẽtia: non enim continetur in ea de differentijs niſi qđ predicatur de multis ſpeciebus. Non eſt autez ħ natura drĩe: aut ħ ex ħ ꝙ eſt differentia: non enim omnis differentia eſt ita ſicut poſtea oſtendetur. Si autem conſiderarent qđ tu poſtea ſcies non poſſent reprehendi: ſed ſcies eos nec conſideraſſe: nec percepiſſe: ⁊ ideo non poſſumus eos excuſare: fortaſſis autem doctoꝛum peritus conſiderauit. Et in hac diuiſione non diſtinxerunt inter proprietatẽ ⁊ differẽtiã quã non habet niſi ſpecies. Et excluſerant ꝓprietateʒ que eſt proprietas ſpeciei medie ⁊ comparis eius. Non enim aſſignauerunt proprietatẽ ſm ꝙ eſt proprietas ſpeciei: ſed ſʒ ꝙ eſt proprietas ſpeciei ſpecialiſſime: ſicut non aſſignauerunt ſpeciem niſi ſpecialiſſimam.

Diffõ ſpẽi ſpẽliſſime vulgata.

Ertificemus nunc vulgatas deſcriptiões ſpeciei dicẽtes ꝙ ſpeciei (ſm ꝙ ſpecies non refertur ad genˀ.) perſpicitur diffinitio talis: ꝙ ipſa ẽ que predicatur de pluribus nũero differentibus in quid: in qua non conuenit cũ ea: nec genus: nec accidens cõmune: vnũquodq; enim eoꝝ predicatur de multis differẽtibus ſpecie: non autẽ multis differentibus numero.

Sʒ ħ accñs cõpũni n̄ p̃dicaꝛ ð dĩuñs ſpẽ: vt cri ſpando ſimitas ⁊ huiuſmõi. qre eẽ ſolõe ro.

Nota limitationẽ diffonis ſpẽi ſpẽliſſime: cuiˀ limitationis fuit auctoꝛ Auicẽ. ħ. vt narrat Alber. in vliby.

Hoc ãt qđ dr̃ predicari de multis differentibus nũero debet intelligi. ſ. de numero tantũ. Niſi eniʒ ſic intelligatur: ex hoc ꝙ predicatur de multis differentibus numero non prohiberetur predicari de multis differentibus ſpecie: predicatur enim de multis differentibus ſpecie aliqđ qđ predicatur de multis differentibus numero: quare proprietas huius nominis nõ eſt ſpeciei: ſed tãtuʒ eius qđ predicatur: niſi ſic excludatur id qđ predicaꝛ de multis differentibus ſpecie ab eo quod intelligitur de hoc: ⁊ hoc eſt per qđ differunt a ſpecie genus ⁊ accidens: aut per qđ diſcernit ab ea differre que predicantur de multis differentibus ſpecie.

Huius autem drĩe exemplũ eſt id qđ diuiditur in duo equalia: ẽ enim differentia paris ſʒ numeꝝ: ſed aliquando dicitur de linea ⁊ ſuperficie ⁊ coꝛpoꝛe: non enim par eſt tantũ qđ diuiditur in duo equalia: ſed cũ additu fuerit numero qđ eſt ei quaſi genus erit pꝛopꝛiũ paris.

Per quid differt ſpẽs ſpẽliſſima a drĩa ſpẽi ſm alioꝝ.

Sed non diſcernit per hoc ſpecies a differentia que eſt pꝛopꝛia ſpeciei: ſicut eſt rationale. i. habens virtutẽ diſcurrendi. hoc eniʒ ſolus homo habet. Quod eniʒ de angelo predicatur hoc eſt alterius intentionis: in qua non conuenit hõ cuʒ angelo. Aliqui autẽ verboſi poſſunt excludere ab hac diffinitione (ſm hunc modum diſcernendi.) ſpeciem a differẽtia. Modus vero hic eſt: vt dicatur ex natura ſpeciei ſm hanc intentionem debet non predicari niſi de multis differentibus numero: ſed natura differentie non debeꝛ hoc. Et hic modus eſt exceptiuus: ſed per ħ ꝙ predicatur in quid ſpecies a differentia abſoluitur: ⁊ etiaʒ differt a pꝛopꝛietate: pꝛopꝛietas enim non predicatur in quid. Ergo ħ deſcriptio eſt recte aſſignata que non comitatur niſi intentioneʒ que dicꝛ ſpecies ſpecialiſſima.

Opi. ꝓpᷓa ⁊ hũ.

Deſcriptiões ſpẽi cõis q̃ refeꝛt ad genus.

Species vero ſm ꝙ refertur ad genus habet duas deſcriptiones: quarum vna eſt ħ: qua dicitur ꝙ eſt poſita ſub genere: altera vero ꝙ ẽ id de quo predicatur genus in quid. Debemus autem ħ cõſiderare dicẽtes ꝙ ſi ex (poſita ſub genere.) intelligitur ꝙ ſit magis pꝛopꝛia q̃ʒ ipſum in predicatione: ſicut qđ predicatur de parte eius de qua predicatur dicitur eſſe id ſub quo ħ eſt: ſi in q̃ʒ ita eſt tũc ſingulare ⁊ ſpecies ⁊ differentia ⁊ pꝛopꝛietas cõueniunt in hoc.

Quo intelligẽda ſit illa deſcriptio ſpẽs ẽ q̃ ponitur ſub genere.

Si ſo intelligatur (poſitum ſub genere.) de eo qđ vle eſt tantũ: ⁊ non ſingulare: tũc intelligitur ꝙ non datur ex ſignificatione nominis: ⁊ preter ħ differẽtia ⁊ ſpecies ⁊ pꝛopꝛium conueniũt in hoc. Si vero itelligatur ex poſito ſub genere qđ eſt pꝛopinquius ſibi coniunctũ in illo ſine medio: tunc excluditur ſingulare: ſed non pꝛopꝛiũ ⁊ differentia. Si vero intelligatur ꝙ eſt ſibi coniunctuʒ non in oꝛdine cõmunitatis tantum: ſed in oꝛdine intentiõis: etiam excludetur pꝛopꝛietas: ſed non differentia. Si vero itelligitur ꝙ eſt in cuius natura eſt cõmune. ſ. id qđ eſt ſuperius eſt contentũ in ſignificatione eius: appꝛopꝛiabitur hec deſcriptio ſpeciei: genus eniʒ non eſt in natura drĩe: nec pꝛopꝛietatis: ſed eſt quaſi ſemen eoꝝ: ⁊ nõn eſt intra eſſentiaʒ eoꝝ: ⁊ eſt comparatio eius ad illa: ſicut cõparatio rei conſequentis neceſſario: ⁊ nõ comparatio eius qđ intrat ſubſtantiam eoꝝ: ſicut iã noſti. Hoc autez nomen. (poſitũ ſub genere.) nõ ſignificat hanc intentionẽ expoſitaʒ tot modis: nec ſʒ impoſitionem nec ſm vſum: non enim memini me aliquo loco libꝛoꝝ auctoꝝ huius artis inueniſſe hoc nomẽ ſic debere intelligi.

Uerus intellectˀ illiˀ deſcriptiõis.

Genus ẽ q̃ſi ſemẽ differẽtie ⁊ ꝓpꝛij: nõ tñ intrat ſubſtam eoꝝ.

Deſcriptio vero ſcđa ħ eſt ꝙ ſpecies eſt de qua predicatur genus eius ĩ qđ: aut ſic dicitur: ꝙ eſt id ð quo predicatur genus eius in quid. Contra tñc ſi intelligiꝛ predicari in quid quod iam oſtendimus: opoꝛtet aliqđ addi qđ eſt de quo ⁊ aliõ predicatur genus eius in quid: ⁊ erit hoc pꝛopꝛium ſpeciei: de differentia etenim non predicatur genus in quid vllo modo: ſicut nec de pꝛopꝛietate ⁊ accidente: eſſe autez indiuidui non perficitur genere tantum.

Quo intelligẽda ſit 2ª diffõ ſpẽi cõis vbi excludũtur multi intellectus falſi.

Si autem ex hoc qđ intelligi inter eam ⁊ differentiam ⁊ ꝓpꝛietatẽ ⁊ accidens differẽtia intelligitur: inter eam ⁊ ſingulare non eſt differẽtia niſi contineatur in ea ꝙ ſit vniuerſale huiuſmodi.

¶ Tamen adhuc inter eam ⁊ dr̄iā generis non erit
dr̄ia. ¶ Qui aūt diffiniūt dicēs ꝙ ſpēs eſt id qḋ ē ma-
gis ꝓpriū de duobus vlibus predicabilibus in quid:
neſciunt diffinire ſpēm. Non.n.ꝯuenit dici niſi ſic.ſ.
ꝙ eſt vle magis ꝓpriū de duobus vlibus ꝑdicabili-
bus in quid. Ex quibus aūt ſcies h̄: Niſi exercueris
ꝑncipia ⁊ locos que ſunt ꝓpria diffinitionū. ¶ Dice-

Genus duplex.

mus aūt nūc ꝙ genus aliḋ eſt genus qḋ ipoſſe ē fieri
ſpēm: qm̄ ſupra illud nō eſt aliud cōius genus: ⁊ aliḋ
ē qḋ ſm aliū reſpectū poteſt fieri ſpēs: qꝛ h̄z ſupra ſe
genus cōius ꝙ̄ ſit ipſum. Et ſilr̄ ſpēs: qꝛ alia eſt ſpēs

Spēs duplex.

quā ipoſſe eſt fieri genus: nā non eſt ſpes minus cōis
ꝙ̄ ipſa: ⁊ alia eſt que alio reſpectu pōt fieri genus: nā
ſub ipſa eſt alia ſpēs minus cōis ꝙ̄ ipſa. ¶ Ordina-

Genus triplex.ſ. Supremū. Mediū. Infimum.

bitur ergo genus multis modis: qꝛ aliud eſt ſupmū
genus: qḋ non eſt ſpēs vllo modo. ⁊ genus mediū qḋ
eſt species: ⁊ genus: ſub quo eſt species ⁊ ſupra qḋ eſt
aliud genus: ⁊ genus infimū: qḋ eſt species ⁊ genus:
ſub quo non eſt genus. ¶ Silr̄ ⁊ ſpēs: qꝛ alia eſt infi-

Spēs triplex.ſ. Suprema. Media. Infima.

ma ſub qua non eſt species vllo modo: nec ē genus
aliquo modo: ⁊ ē ſpecies ſuprema ſub generaliſſimo
genere: ⁊ ſupra eā nō eſt ſpēs aliquo mō; ⁊ eſt species
media que eſt ſpēs ⁊ genus: ſed nō vnius eſt genus ⁊
species. ¶ Vulgatū āt exēplū huius eſt cathegoria

Coordinatio ꝑdicamēti ſubē.

ſubē. ſubſtantia etenim non habet gen⁹ ſupra ſe: ſub
qua eſt corpus: ſub corpore vero corpus aīatum: ſub
corpore animato animal: ſub aīali: aīal rōnale mor-
tale: ſub aīali aūt rōali eſt homo ſub hoīe vero eſt. So-
cra. ⁊ Plato ⁊ ſilia. ¶ Sortes ḡ ⁊ Plato ⁊ ſilia ſunt
ſingularia: ⁊ ſubā eſt genus gn̄aliſſimū: nā non eſt ſu-
pra eam genus: hō vero eſt ſpēs ſpāliſſima: nā nō eſt
ſub eo ſpēs. Que aūt ſunt inter h̄ ſunt genera ⁊ ſpēs
⁊ media reſpectu inferioꝝ genera: ⁊ reſpcū ſupioꝝ ſpe-
cies: vt corpus species eſt ſubē: ⁊ eſt genus aīati: aīa-
tum aūt eſt species corporis ⁊ ſpēs aīalis: in quo con-
ueniunt vegetabilia ⁊ aīalia: aīal vero eſt ſpēs aīati

Hoc dictū ē ſm viā Platonicorū: quā et pōphyrius i hoc ſequitur eſt: cū hoc dicat in fine capli niſi hoc abuit ab Auicē.

⁊ eſt genus rōalis aīalis: in quo ꝯueniunt aīalia irra-
tionalia ⁊ hō: aīal vero rōale eſt ſpēs aīalis ⁊ genus
hoīs. Conueniunt.n. homo ⁊ angelus in eo. ¶ Ergo
aīal rōale erit genus īfimū. ⁊ ſubā genus ſupremū.
Corpus vero ⁊ qcqd eſt inter illa eſt genus mediū:
ſed corpus eſt species ſuprema: ⁊ homo eſt ſpēs infi-
ma: aīatū vero qḋ eſt inter ea eſt ſpēs media: ſuba ſo
reſpectu eius qḋ ſub ipſa: eſt genus gn̄aliſſimū ⁊ ſup-
mum: ⁊ qm̄ non h̄z reſpectū ad aliquid qḋ ſit ſupra
eā eſt id qḋ nō eſt ſpēs: hō vero reſpectu eoꝝ que ſu-
pra eā ſunt erit ſpēs ſpāliſſima ⁊ ſpēs īfima: ſed reſpē-
ctu inferioꝝ eſt duobus modis. ſ. in reſpectu eorū q̄
ſunt ſub ipſa: ſm hoc ꝙ non ſunt ſpēs. Et ēt ſm ꝙ h̄
illis ꝑdicaṫ: reſpectus vō quē h̄z ad id qḋ eſt ſub ipſa
ſm ꝑdicationē: attribuit ei intentionē ſpālitatis non
relatiue ad genus. Et h̄ eſt intētio ſcḋe eius qḋ dictū
eſt. Alius vero reſpectus attribuit ei ꝙ eſt ſpēs ⁊ nō
genus: ⁊ ꝙ eſt ſpēs ſpāliſſima: ſpēs aūt non eſt genus

Spēs ē equoca ad illos tres modos ſpēi.

⁊ eſt ſpēs eo modo quo diximus. ¶ Intellectus aūt
eoꝝ triū q̄uis ſint comitantes ſe: ſunt tn̄ diuerſi. Si
aūt ſpēs dr̄ vnaqueqꝫ iſtaꝝ intentionū: diceṫ de his
tribus ſola pticipatione noīs: ſed diffōes ipſoꝝ intel-
lectu erunt diuerſe. Si vero vnus trī eoꝝ ſpēs ſunt
ipſa dictio diceṫ quā habebit vnus erit diffō eius: ⁊
d⁹ alterius erit deſcriptio eius que non intelligiṫ ex
hoc noīe: non vt ſignum comitās illā. ¶ Sicut aūt

Rēouet dubia. Sub ſpē ſpāliſſima ſunt ſubiecta vlia.

ſub ſpē ſpāliſſima ſunt ſubiecta vlia q̄uis nō ſint ſpēs:
ſic ſcriptor nauta: ethyops ſūt ſub hoīe. ¶ Silr̄ nō ē
longe quia ſupra genus gn̄aliſſimū ſint ꝑdicabilia q̄

non ſunt genus: ſed intētiones comitantes in qb⁹ cō-

Sꝫ ſupra gen⁹ gn̄aliſſimū ſunt aliq̄ ꝑdicata.

ueniunt genera ⁊ geneꝝ gn̄a ſicut acci̅ntia: ⁊ ſic alia
que ꝑdicanṫ de mltis gn̄aliſſimis. ſic poſtea cogitabi-
tur. ¶ Illa aūt dr̄ia quā attribuerūt ſubē ꝑuenien-

Modernī ſuperius poſita i exēplo coordinationis ꝑdicamenti ſubē: qꝛ illa non ſunt ꝑpaſſiones dicta.

ſqꝫ ad hoiēꝫ nō eſt recta: q̄uis nō ipediat intelligi
id qḋ intendiṫ: corpus.n. hn̄s aīaꝫ cū ꝯplectiṫ vege-
tabilia cū ſenſibilibus: nō ꝯplectiṫ angelos niſi ſola
pticipatiōe noīs: ḡ corpus hn̄s aīam nō erit ꝯtinens
angelos. ¶ Silr̄ aūt quā dr̄ rōale hō ⁊ angelus: nō
erit hoc niſi ſola pticipatione noīs. Rōnale.n. qḋ eſt
dr̄ia ꝑdicata de hoīe nō ꝑdicaṫ de angelis: ⁊ qm̄ qdē
ita eſt: tunc aīal rōale nō eſt gen⁹ hoīuꝫ ⁊ angeloꝝ:
nec corpus hn̄s aīaꝫ eſt genus hoīuꝫ ⁊ angeloꝝ: nec
corpus hn̄s aīaꝫ eſt genus vegetabiliū ⁊ angeloꝝ ⁊
aīaliū: ⁊ qm̄ qdem ita eſt mortale non eſt dr̄ia quam
neceſſe ſit poni in diffōne aīalis rationalis per hoiēm ⁊
non hominem.

Differentie

Differentie nomen ſm logicos intentiones
primā ſignāt ⁊ ſcḋam. ¶ Hec autem
intentiones nō ſunt: ſicut intentiōes
gn̄is ⁊ ſpēi. Prima.n. poſitio generis
non fuit niſi a vulgo: trāſlatio vō fuit
a ſapientibus: ſed dr̄ie nomē ꝑmū lo-
gici ipoſuerunt: ⁊ deinde trāſtulerūt. ¶ Cuius ꝑma

Differentia

Pria ipoſitio generis ⁊ ſpēi fuit ſcḋ a vulgo ſḋ ꝑrius ipoſitio dr̄ie fuit ſcḋ a ſapientibus.

poſitio eſt h̄ cū dr̄ ꝙ dr̄ia eſt qua differt aliqḋ ab ali-
quo ſubalr̄. ¶ Poſtq̄ igiṫ ſic factū eſt dꝫ dr̄ia ꝑdica-
ri de tribus ſꝫ prius ⁊ poſterius. ita. ſ. vt dr̄ia alia eēt
cōis ⁊ alia ꝓpria ⁊ alia magis ꝓpria. ¶ Cōis āt dr̄ia

Ex quo pꝫ ꝙ differētia eſt analoga ad tria ſignificata.
Dr̄ia cōis qd.

eſt id per qḋ pt aliqḋ differre ab aliq̄: qḋ iteꝝ pōt dif-
ferre per illud ab ipſo: ⁊ per quā aliqḋ pōt differre a
ſeipſo in duobus tꝑibus: cuius exēplū ſunt accn̄ia ſe-
parabilia: vt ſtare ſedeṫ. Socrs.n. aliqñ differt ab I. ꝑ
ipo. ꝑ hoc ꝙ ille eſt ſedens ⁊ nō iſte: ⁊ poſtea aliqñ ſit
eꝫ. Hec ḡ dr̄ie ipoſitio cōis ē vtriſqꝫ. Silr̄ ſortes ali-
qñ differt a ſeipſo duabus horis in q̄ꝝ vna eſt ſedēs
⁊ altera nō ſedens. Et hec eſt dr̄ia cōis. ¶ Propa vō

Dr̄ia ꝓpria q̄d.

dr̄ia eſt id qḋ accn̄tibus eſt ꝑdicabile comitans. Cuꝫ
eni dr̄ aliqḋ differre accidēte iſeꝑabili ab eo qḋ per
ipſum differt: ſp erit dr̄ia ꝓpria: vt dr̄ia hoīs ab equo
hoc ꝙ eſt carnis nitide. ¶ Hec.n. dr̄ia eſt ꝓpa hoīs
cōpōne equi: per quā iteꝝ nō pōt equus differre ab

ꝙ dr̄ia ꝓpria dcā no poſſit eſſe niſi tm̄a reſpcū extremorum.

hoīe: neceē eſt.n. vt aut nullo mō ſit poſſe equū habe-
re hanc ꝓprietatē: aut vt ſit poſſe. Si ipoſſe fuerit h̄re
aliq̄ mō: tunc ipoſſe erat hanc dr̄iaꝫ eſſe inter eos niſi
ſixam. Si vō poſſibile fuerit vt equus hēat eā: nō dif-
feret per eā equus ab hoīe: ſed cōueniet. h̄ igiṫ dr̄ia ē
quā nō h̄z niſi alteꝝ duū tm̄. ¶ Sūt aūt q̄daꝫ per q̄
ſp ſit dr̄ia: ſicut exēplū qḋ poſuim⁹: ⁊ h̄ eſt ꝓprietas: ⁊

Ex quo pꝫ ꝙ differētia ꝓpe dcā ē duoꝝ modoꝝ.

ſunt q̄dā que ſunt ſubiti ſm q̄ꝫ ſit dr̄ia ſed nō ſem-
per: ſicē nigredo qua differt ethyops ab alio hoīe: ab
ethyope.n. nō ſeꝑaṫ nigredo: illū vō aliū hoiēm poſſe
ē fieri nigꝝ: ⁊ tūc nigredo nō erit iter eos differētia.
¶ Cū aūt nigredo fuerit dr̄ia erit ꝓpa ethyopis tm̄:

Diſtinguit inter vnū modum dr̄ie ꝓprie ⁊ dr̄iā cōmunem.

cū vō nō fuerit ei⁹ ꝓpa: tūc nō erit eius dr̄ia. Cōis āt
nō eſt ita: per ipſam.n. aliqñ illud differt ab hoc: ⁊ h̄
ab illo aliqñ. ¶ Per dr̄iaꝫ vero cōem ⁊ ꝓpriā aliqñ
dr̄nt ſingularia eiuſdē ſpēi: per ꝑ⁹ vō membꝝ diuiſio-
nis ꝓprie dr̄ie non dr̄nt ſingularia eiuſdē ſpēi inter

Diſtiguit iter differētias cōes ⁊ ꝓpriā ſcḋm mōi ex vna parte ⁊ dr̄iam ꝓpriā ꝑmū modū ex alia.

ſe: comitanṫ.n. nāꝫ ſpēi: ꝑ hoc.n. qḋ accidit alicui ſin-
gulariū: ⁊ ſic nō ſp dr̄t per eā. Si āt accideret cui ac-
cidit in ꝑ eſſe: ſicē hn̄t hoīes a ꝑn⁹ natiuitatē ꝙ poſtea
ipoſſe eſt accidere: tunc poſſe eſt eſſe in hac dr̄ia aliqḋ
quo differat ab alio ſingulari: ⁊ eſt ipoſſe nō differre
vllo mō ab hoīe: etenim ſingulari poſt eſſe ſuū eā di-

Dr̃ia magis ꝓpria qd.

ſceſſit ꝑncipiũ eẽndi: hoc igiṫ erit id per qḋ differũt ſingularia ipſius ſpẽi. ¶ Dr̃ia vero que vocaṫ magis ꝓpria eſt ↄſtitutiua ſpẽi que cũ adiungiṫ nãe generis efficit illud ſpẽm: ⁊ deinde comitatur ⁊ accidit quicqḋ comitaṫ ⁊ accidit: ⁊ h̃ eſt ſubalis nature generis qḋ ↄſtituitur in eẽ ſpẽi: ⁊ h̃ dat eſſe ⁊ diſtinguit ⁊ deſignat: ſicut eſt rõnalitas homini que differt a ceteris que ↄueniunt cũ ea; ꝓpria.n. non primus ↄcurrit nature generis: ⁊ accurrit ⁊ ꝑficit: cetere vero nõ adueniunt nãe cõe: niſi poſtq̃ꝫ aduenit h̃: ⁊ adaptat ⁊ preparat ad oĩa que accidũt ⁊ comitanṫ. Hec eni nõ adueniunt nec accidũt: niſi poſt hanc ꝓprietatẽ q̃ eſt ſicut rõnalitas homini. ¶ Uirtus.n. que vocaṫ oĩa rõnalis ex hoc q̄ cõiungitur nãe aĩal fit rõnale ⁊ ꝑceptibile ſciẽtie ⁊ artiũ: vt nauigationis ⁊ agriculture: ⁊ adaptatur etiã ad mirandũ ⁊ reſpiciendũ propter miraꝫ: ⁊ lachrymãdum ⁊ erubeſcendũ ⁊ faciendum cetera que hꝫ hõ: non q: ex ↄiunctiõe alicuius horum cũ aialitate hꝫ aĩal aptitudinẽ qua fiat rõnale: ſed q: aptitudo cõis ⁊ virtus cõis humana eſt ꝓpter quã vocaṫ rõnalis. Illa aũt ſunt accidẽtia ei⁹ ⁊ ↄſequẽntia eaꝫ. ¶ Hoc aũt ſciri poteſt facile ⁊ verificari: nã ſi non inueniret in hoie virtus ꝑma apta ad cognoſcẽdum ⁊ ad intelligẽdum: nõ haberet has ſingulas aptitudines. que virtus eſt illa q̃ vocaṫ rõnalitas: ꝓpter quã fit rõnale: que eſt dr̃ia ↄſtitutiua ſubſtãtialis nãe ſpeciei. Qḋ aũt eſt album vel nigrũ vel aliquid hõ non eſt de eis q̃ adueniũt nature ſpẽi aut generis: ⁊ ſeparaṫ ⁊ efficiunt ex eo qddã qḋ ↄtingit eſſe hõ. Debes aũt ſcire certiſſime: quia dr̃ia inter dr̃iam magis ꝓpriã ⁊ illas dr̃ias h̃ eſt. ¶ Uñ pt dici q̄ dr̃iaꝝ alie ſunt ſepabiles alie inſepabiles. Inſeparabiliũ vero: alia eſt ſubalis: alia eſt accidentalis.

Quo dr̃ dr̃ia magis ꝓpa ab aliis.

Alie diuiſiones differentie.

¶ Iteꝫ põt dici q̄ dr̃iaꝝ alia facit aliud: alia alterum. Aliud vero eſt id cui⁹ nã eſt alia: alteratum vo eſt cõius q̃ illud. Omne.n. qḋ differt ab alio eſt alterum: nõ aũt omne qḋ differt ab alio eſt aliud ſi intelligaṫ aliud id qḋ eſt diuerſuꝫ ſubalr. ¶ Iteꝫ dr̃iaruꝫ alia eſt faciens alteratũ tñ: ſiue ſit ſeparabilis vt ſedere ⁊ ſtare: ſiue inſeparabilis: ſicut riſibile ⁊ latiuum gais: riſibile eteni q̃uis neceſſe ſubalr differat a nõ riſibili: tñ h̃ diuerſitas non ↄtingit in ſuba: ex hoc q̄ riſibile: q: riſibile accidit ſecundario. poſtq̃ꝫ diuerſitas ↄtingit in ſuba ſine eo: ⁊ deinde accidit illõ. Primuꝫ autẽ qḋ diuerſitatẽ efficit eſt rõnalitas tantũ: impoſſibile eſt autẽ vt riſibile faciat differre ſubalr id de quo ꝑdicaṫ ab eo de quo nõ ꝑdicaṫ: ſꝫ h̃ q̄ differãt ſubalr nõ eſt ex riſibili: ſed ex alio qḋ eſt rõnale. Dr̃ia ergo que eſt magis ꝓpria eſt cã ẽentialis differẽtie facientis aliud ſm placitũ auctoꝝ huius artis imponẽtiũ hoc nomẽ aliud. ¶ Noſtra autẽ intentio hic eſt ↄſiderare hãc dr̃iam tñ que eſt vna ex quinqꝫ ⁊ nõ alias: cui⁹ certa deſcriptio eſt hec: q̄ eſt vle ſimplex ꝑdicatũ de ſpẽ: in quale qḋ eſt ſm eſſentiaꝫ generis ſui. ¶ Et hoc ẽ qḋ ꝑdicaṫ de ſpẽ in q̃le quid hꝫ etiã multas deſcriptiões diuulgatas: ſicut h̃ qḋ diciṫ q̄ dr̃ia eſt qua differt a genere ſpẽs: ⁊ etiam qua abũdat ſpẽs a genere: ⁊ etiã qua differũt que cõueniunt in genere: ⁊ que ꝑdicatur de plurib⁹ differẽtibus ſpẽ in quale qḋ. ¶ Debemus aũt diligẽter cõſiderare has deſcriptiões ⁊ certificare eas. Dicem⁹ ergo q̄ cũ addiderint vnicuiqꝫ haꝝ deſcriptionum aliquid erit par: h̃ aũt eſt vt dicatur ſubalis: ⁊ h̃ ſubſtantiale eſt id per qḋ differt ſubſtãtialiter ſpẽs a genere: proprietas.n. (q̃uis per eaꝫ ſpẽs differat) non

Quo differũt alterum ⁊ aliud.

Riſibile ſi differt ſbalr a nõ riſibili in q̃tũ riſibile: ſꝫ in q̃tũ rõnale.

Quid ſit differẽtia q̃ ẽ vnum ex quinqꝫ vlib⁹.

Supplet deſcriptiões differẽtie q̃ ẽ tertiũ ꝑdicabile.

qđ ergo dici oportet: hoc eſt: quia anima vegetabilis cauſa eſt que habet etiam ſubiectū cōmune vniuerſale non habens eſſe. vȝ. corpus vegetabile augmentabile abſolutum: ergo non ſpecificatum. Sed corpus habens inſtrumenta ſentiendi: ⁊ cognoſcendi: ⁊ motus voluntarij non prouenit ex anima vegetabili ſm ꝙ eſt anima vegetabilis: vel ſm ꝙ facit tantū vegetationem: ſed ex hoc ꝙ aduenit ei alia differentia propter quā fit alia natura. ſcilȝ anima ſenſibilis. Debemus autem ſuper hoc apponere expoſitiones dicentes ꝙ per animā vegetabilem: aut volunt intelligi animā ſpecialem quā ꝓprie deſignet vegetabilis ſine ſenſibili: aut volunt intelligi intellectum cōmunem quo vniuntur anima vegetabilis ⁊ ſenſibilis ſm ꝙ vegetat: ⁊ generat: ⁊ augmentat. Hoc enim aliquādo dicitur anima vegetabilis. Sed hec dictio eſt īpropria. Anima enī vegetabilis non eſt niſi in rebus vegetabilibus: ⁊ intellectus in quo conueniunt anima vegetabilis ⁊ anima ſenſibilis: ſic eſt in vegetabilibus: ſicut eſt in animalibus: ⁊ eſſe eius eſt: ſicut eē rei vniuerſalis in rebus: aut volunt intelligi vnaȝ ex viribus anime ſenſibilis ex qua proueniunt actiones vegetandi: ⁊ augmētandi ⁊ generandi. Si autem volunt intelligi per hoc animam vegetabilem que eſt ſpecialis comparatione facientis vegetationem hoc in ſolis vegetabilibus eſt: ⁊ non in ſenſibilibus. Si autem volunt per hoc intelligi intellectum cōmunem: tunc non debet ei comparari intellectus vel nō debet accipi ſm effectum ſpecialem intellectus effectus ſpecialis. efficiens enim ſingulare deſignatum ipſum eſt cui debet comparari effectus ſingularis deſignatus: ⁊ hoc iam in premiſſis demonſtratum eſt. Corpus autem qđ debet comparari anime vegetabili vniuerſali. hoc eſt. ſ. qđ eſt imperfectum cōmune. Sed qđ eſt perfectuȝ aptū ad recipiendum ſenſibilitatem: aut non aptum: hoc non comparatur anime vegetabili. ſm ꝙ eſt communis: nec iſte intellectus conſequitur eaȝ. Sed modus tertius nō poteſt eſſe vt putant. ſcilicȝ qđ vis vegetandi adueniens ſola efficiat per ſe corpus animale. Si enī hec ſola vis eēt rector: ſola perficeret corpus vegetabile. Sed nō eſt ita. non eniȝ facit. ſcilicet in animali: niſi corpus animale cū inſtrumentis ſentiendi ⁊ motus: ergo ipſa eſt vis anime habentis alias vires: quarū vna hec eſt: que omnes operantur ad hoc vt perueniat aptitudo inſtrumentoruȝ ad perfectiones ſecundas ipſius anime: cuius vis hec eſt: ⁊ hec anima eſt animalis. Poſtea autem declarabitur tibi ꝙ anima vna eſt ex qua defluunt he vires in membra ſed precedit actio aliquarum: ⁊ conſequitur aliaruȝ ſm aptitudinem inſtrumēti: ergo anima que eſt in omni animali ipſa eſt congregans principia ſiue materias ſui corporis: ⁊ coniungens ⁊ componens eas eo modo quo merentur fieri corpus eius: ⁊ ipſa eſt ſeruans hoc corpus. ſm ordinem quo decet: ⁊ propter eam non diſſoluunt illud extrinſeca permutantia: quamdiu anima fuerit in illo. Alioquin nō remanet in propria ſanitate. ſed propter dominium qđ anima habet in illis. contingit ꝙ vis vegetabilis roboretur aut debilitetur cum percipit anima que reſpuit vel appetit odio vel amore qui non eſt corporis vllo modo: ⁊ hoc contingit cum id qđ percipit anima eſt credulitas que non eſt afficiens corpus ex hoc ꝙ eſt credulitas: ſed conſequitur eam paſſio gaudij aut doloris: ⁊ hoc etiam eſt de apprehēſionibus animalibus: ⁊ nō eſt de his que accidunt corpori ex hoc ꝙ eſt corpus: ⁊ hoc afficit virtutem vegetabilem ⁊ nutribilem. ita vt ex accidente qđ primum accidit anime: ſicut gaudium rationabile contingat in ea robur ⁊ velocitas in actione ſua. Sȝ ex accidente illi contrario. ſcilicet dolore rationabili cuȝ

D (right margin, beside "anima ſenſibilis. Debemus autem")

E (right margin, beside "rector: ſola perficeret")

quo nihil eſt doloris corporalis. cõtingat in ea debilitas E τ deſideria: ita vt deterioretur eius actio: τ aliquãdo deſtruitur eius complexio omnino. Etiã hoc ſufficiet tibi ad ſciendum ꝙ anima eſt continens in ſe vires ſentiendi τ vegetandi: cum ipſa ſit vna: τ ꝙ he non ſunt ſine illa. Conſtat ergo ꝙ anima eſt perfectiua corporis in quo eſt: τ conſeruatiua eius iuxta ordinẽ ipſius qḋ debet naturaliter diſſolui τ diſpergi: vnaqueqꝫ enim pars corporis habet debitum loci: cuius nõ habet aliã: τ debet diſiungi alicui coniuncta: hoc autem non eſt ita: niſi vt conſeruet rem que eſt preter naturam eius: τ hec res eſt anima in animali. Anima ergo perfectio eſt ſubiecti: qḋ eſt cõſtitutum ab ea. eſt etiam conſtituens ſpeciem τ perficiens eam. Res enim habẽtes animas diuerſas ſiunt propter eas diuerſarum ſpecierum: τ fit earum alteritas ſpecie non ſingularitate: ergo anima non eſt de accidẽtibus quibus non ſpecificantur ſpecies: nec recipiuntur in conſtitutione ſubiecti. Anima enim eſt perfectio ſubſtantie nõ vt accidens nec ſequitur ex hoc vt ſit ſeparata: aut non ſeparata: non enim eſt omnis ſubſtantia ſeparata: quia illa non eſt ſeparata: nec forma: tu autem ſcis rem ita eſſe. Demonſtremus ergo ſummatim vires aïe: τ eius actiones: τ deinde exequemur ſingula perquirendo.

¶ Capitulum quartum de declarãdo ꝙ diuerſitas actionum aïe eſt ex diuerſitate ſuarum virium.

A DIcemus igitur ꝙ anima habet actiones diſtantes multis modis. quedam enim differunt in fortitudine τ debilitate: quedam in velocitate τ tarditate: quoniam opinio aliquis ſenſus eſt: ſed differunt a fortitudine in firmitudine τ comprehẽſione. Et ſubtilis differt ab hebete in cito diſcendo. τ aliquando differunt in priuatione τ habitu. Sicut dubitatio differt a ſcientia in hoc ꝙ dubitatio eſt priuatio cõprehenſionis alterius contradictoriarum. Scientia vero eſt certa comprehenſio vnius contradictoriarum: τ ſicut mouere τ quieſcere. Aliquã enim differunt comparatione ſui ad ꝯtra: vt ſentire albũ: τ ſentire nigrũ: τ guſtare dulce. τ guſtare amarũ. Aliquando autem differunt in genere: vt attingere colorem: τ attingere ſaporem. imo ſicut attingere τ mouere. intentio autem noſtra eſt nunc vt ſciamus vires ex quibus proueniunt iſte actiones: τ an debeat vnaqueqꝫ ſpecies actionis habere vim ſibi propriam. an non. ¶ Dicemus igitur ꝙ actionũ que differunt in fortitudine: τ debilitate: principium vna vis eſt. Sed aliquando actio eſt perfectior aliquãdo diminutior. Si autẽ per diminutionem oportet diminutum habere vim aliam preter virtutẽ que eſt in perfecto: tunc oporteret ꝙ numerus viriũ eſſet tantus quãtus eſt numerus ordinum diminutionis τ augmenti: que pene infinite ſunt: ſed vni virtuti accidet vt faciat ſuam actionẽ fortiorem vel debiliorem: aliquãdo ſm ꝙ fuerit operatio: aliquando ſm euentum inſtrumenti: aliquando ſm prohibentia extrinſecus que erunt: aut non erunt: τ que addent aut minuent. Sed faciendi τ eius priuationis iam patuit ex predictis in dictionibus communibus: qḋ principium vna vis eſt. Sed de differentia in genere actionũ anime que ſunt ad modũ habitus: ſicut comprehendere τ mouere: aut ſicut vnum apprehendere aut aliud: τ apprehendere: bonum eſt eniã vt pertractet aliquis tractatorum: τ vt videat exempli gratia: an omnes vires apprehendẽtes ſint vna vis: τ an ipſa habeat apprehenſiones per ſeipſam: que ſunt intelligibiles: τ alias apprehenſiones per inſtrumenta que ſunt diuerſe ſcdm diuerſitatem inſtrumentorum. Si autem intelligibiles: τ ſenſibiles fuerint quaſi ex duabus viribus. An omnes ſenſibiles que intus imaginantur: τ que apprehendentur extrinſecus ſint ex vna vi. Si autem que intus ſunt fuerint ex vna vi: aut ex multis viribus. An exteriores ſint ex vna vi que facit diuerſis inſtrumentis actiones diuerſas: non enim prohibetur vna vis apprehendere res diuerſas genere τ ſpecie: ſicut diuulgatum eſt de diſpoſitione intellectus. τ diſpoſitione imaginationis apud ſapientes. Senſata etenim cõmunia que dicũt magnitudo τ numerus: τ motus: τ quies: τ figura. Aliquando ſentiunt vnoquoqꝫ ſenſuum: aliquãdo aliquibus ex illis: quamuis hoc fiat mediãte alio ſenſato. Demum an vis mouendi. ipſa ſit vis apprehendendi. cur enim hoc non eſt poſſibile. Et an vis concupiſcendi ſit ipſa vis iraſcendi: quia cum preſentatur aliquid qḋ delectat patitur aliquo modo. Cum vero repreſentatũ qḋ moleſtat patitur alio modo: τ an vegetabilis τ nutribilis: τ generans ſint aliqua iſtarũ virium. Aut ſi nõ ſunt: an ipſe ſint aliqua vna vis: que in re nondũ perfecta formam moueat nutrimentum ad extremitates eius ſm aliquã affectionem: τ aliquã figuram: τ in ea perfecta moueat eodem motu: ſed quia figura iam perfecta eſt. ideo non accidit aliqua alia figura: cum augmentum iam peruenit ad hoc: vt vis illa non poſſit plus nutrimenti inferre niſi quantũ reſoluitur ex eo: τ ob hoc ſiet. Remaneat autem ſibi de nutrimento ſuperfluitas: que ſit apta generationi: τ vis diffundat illam per membra generantis: ſicut nutrimentum diffunditur per inſtrumenta eius: ad nutriendum ea. deinde remaneat tantum nutrimenti: Supra id qḋ opus eſt membris generati: ſuperfluitas que ſit apta ad id qḋ vis ipſa conuertat illam. Sicut facit de multis ſuperfluitatibus membrorum. deinde ipſa vis ceſſet in fine vite ab inferendo aliquid pro reſtitutione eius qḋ ſoluitur qḋ ſit eq̄le ei qḋ ſoluitur: τ accidat ſinthesis. Et ſicut appellamus vim vegetandi: ita non ſimiliter appellamus vim per ſinthesim deficiendi. Et quia diuerſitas actionum non iudicat diuerſitatẽ viriũ: vna enim τ eadem vis operatur contraria: τ vna vis mouet voluptatibus diuerſis. Immo vna vis facit in diuerſis materijs diuerſas actiones. harum omnium dubitationũ ſolutio: oportet vt in promptu ſit apud nos: quouſqꝫ poſſimus affirmare vires anime: τ vt affirmemus hũc eſſe numerum earum: τ ꝙ alie eorũ ſunt diuerſe ab alijs: quia ita conſtat numerũ eſſe apud nos. ¶ Dicemus igitur primũ: ꝙ vis ex hoc ꝙ ẽ vis eſſentialiter: τ primo eſt vis ad aliud: τ poſſibile eſt eam eſſe principium alterius rei ab illo: q2 ex hoc qḋ eſt vis ad aliud principium eſt illius. Si autem fuerit principium alterius ab illo nõ eſt ex hoc ꝙ eſt principiũ eſſentialiter illius primi. ergo vires ex hoc ꝙ ſunt vires non ſunt niſi principia actionũ deſignatarum principaliter: poſſibile eſt tamen vt vna vis ſit principium multarum actionum: ſecundario que ſint eius quaſi rami: τ non ſit principiũ earum principaliter. Sicut viſus qui non eſt niſi prima vis apprehendẽdi qualitatem que eſt color albus aut niger per quã corpus eſt huiuſmodi: vt cum interpoſitum fuerit inter corpus receptibile luminis τ illuminans: illuminãs non faciet in eo lumen. Vis etiam imaginatiua imprimit ſibi formas rerum materialium ſm ꝙ ſunt materiales: ſed nudas a materia: aliquo modo abſtractionis non perfecte: ſicut dicemus poſtea: quas contingit eſſe: aut colorẽ: aut ſaporem. aut ſonum: aut magnitudinem: aut cetera huiuſmodi. Vis autem intellectiua eſt illa que apprehẽdit τ tenet in ſe formas rerum ſm ꝙ ſunt ſeperate a materia: τ ab omnibus appendicijs eius quas accidit eẽ aut figura: aut numerus. ¶ Poſſibile eſt aũt vt vis ſit apta

B Ariſt. ſcdo de aïa. t. 64.

C

Vis imaginatiua.

Vis intellectiua.

ad vnam actionem tantum designatam. Sed sit ei ne
cesse aliquid aliud ſibi adiungi ad hoc vt habeat in effe
ctu qd prius habebat in potentia. Si autem non habue
rit illud aliud non operabitur. h ergo vis aliquãdo erit
principium actionis in effectu: aliquando non principiũ
eius in effectu. Sicut vis motiua: quã cum vehementer
operauerit vis deſideratiua ꝓpter aliquid virtutis imagi
natiue aut intellectiue qd eaꝫ impellit ad h mouebit ſine
dubio aliter non. Ex vna vi autẽ mouẽte vnũ inſtrumẽ
tum non prouenit niſi vnus motus. Multi etenim mot⁹
ſiunt ꝓpter inſtrumenta motuum multa que ſunt in no
bis vt muſculi. Et in vnoquoqꝫ muſculo eſt vis mouẽs
ſingularis: que non mouet niſi vno motu ſingulari: ali
quando etiam vnius virtutis diuerſe ſunt actiones ſm
D diuerſa receptacula: & h manifeſtum eſt. ¶ Dicemus ḡ
nunc ꝙ prime diuiſiones actionuꝫ anime ſunt tres actio
nes. ſcilicet in quibus cõueniunt vegetabilia: & animalia
ſicut ſunt nutrire: & generare: & actiones in quibus cõue
niunt animalia omnia: aut plura ex eis: in quibus nõ cõ
municant vegetabilia: ſicut ſentire & imaginari: & moue
re voluntarie: & actiones que proprie ſunt hominũ: ſicut
percipere itelligibilia: & adinuenire artes: & meditari de
creaturis: & diſcernere īter pulchruꝫ & fedum. Si autem
vires animales eſſent vna. actiones vegetabiles proue
nirent ex ea vire: ex qua proueniunt vitales ſenſibiles prin
cipaliter: & eſſet poſſibilis priuatio corporum vegetabi
lium vt epar & ſtomacus. ¶ In membris etiam anima
lium que nutriuntur & non ſentiunt qd eſt duruꝫ: vel eſt
molle. priuatio enim ſentiendi: aut eſt cauſa priuationis
virtutis: aut cauſa materie que non patitur ex calore vel
frigore: nec afficitur eis. Et quia non afficitur eis non de
bet nutriri: quia non afficitur ſaporibus validis aut olfa
tibus fortiſſimis: afficitur autem illis. ergo non habet h
ex materia non recipiente: ſed ex priuatione virtutis ſen
ſificantis. Inuenimus autẽ in illis vim nutriendi. ergo
he due vires diuerſe ſunt. ¶ Item motio anime que mo
uet aut erit ad modum mutationis abſolute: ſed omne
corpus eſt recipiens motuꝫ abſolute. Aut erit motus ad
modum contrahendi & extendendi. Sed in corporibus
noſtris ſunt membra que magis recipient hoc ꝙ mu
ſculi in quibus eſt vita & nutrimentum. Sed non poſſu
mus ea mouere. ergo cauſa huius non eſt ex ipſis: ſed ex
E priuatione virtutis. Similiter in aliquibus neruis vis
eſt ſentiendi tantuꝫ abſqꝫ motu. In alijs vero vis eſt mo
uendi nec eſt inter eos tanta diſtantia: quia aliquando
inuenitur qd id cui ineſt ſentire eſt ſimile ei: cui ineſt mo
uere: & habet plus minuſue qualitatis ꝙ illud. nec tamẽ
ineſt ei motus: aliquando inuenitur qd eſt ſic: nec tamẽ
ineſt ei vis ſentiendi ſic etiam potes ſcire ꝙ oculus non
eſt minus ꝙ lingua in potendo pati ex ſaporibus adhibi
tis: & oculus non ſentit ſaporeꝫ ex hoc ꝙ eſt qualitas. nõ
dico autem ex hoc qd eſt guſtatum: ſed nec etiam ſonuꝫ:
ſed conſtat: quia vis humana ex ſeipſa non poteſt imprimi
in materia. & conſtat ꝙ omnes actiones attribute anima
li neceſſe eſt vt habeat inſtrumenta: ergo ſenſus & imagi
nationes ſunt ex alia vi materiali: que nõ eſt vis mouẽs:
quãuis vires mouentis etiam pendeant ex viribus ima
ginandi & ſentiendi aliquo modo ſicut poſtea declarabi
mus: cum autem intellexeris h & principia que poſuim⁹:
facile erit ſcire differentiam que eſt inter vires quas in
tendimus numerare: & ordinare: & ſcies ꝙ omnis. vis ha
bet actionem primam: in qua non conuenit cum alia vi.
que hꝫ actionem primã diuerſam ab eius actione prima.
¶ Capitulum. V. De numerando vires anime ad mo
dum ponendi eas.

Numerabimus nũc vires ani
me quaſi po
nendo. deinde procedemus ad declarandũ
vnamquãqꝫ illarũ. Dicemus igitur ꝙ vires A
animales. primo diuiduntur in tres partes.
Una eſt vegetabilis que eſt prima perfectio Anima vegetabilis.
corporis naturalis inſtrumentalis ex hoc qd generatur
& augmentatur & nutritur. Nutrimentum autem eſt cor
pus qd ſolet aſſimiliari nature corporis cuius dicitur eẽ
nutrimentum: & reſtaurat ei quantũ reſolutum eſt de illo: Aia ſenſibilis.
aut plus: aut minus. ¶ Secunda eſt anima ſenſibilis q̄
eſt perfectio prima corporis naturalis inſtrumentalis. ſm
ꝙ apprehendit particularia: & mouet voluntate. ¶ Ter Anima humana.
tia eſt anima humana que eſt perfectio prima corporis Ar. ſcdo de aia. t.c.
naturalis inſtrumentalis: ſm h ꝙ attribuitur ei agere
actiones electione deliberationis: & adinuenire meditan
do: & ſm hoc ꝙ apprehendit vniuerſalia. niſi autem eſſet
propoſitum meum eſſet non accipere perfectionẽ primã ne
ceſſariam tantũ in deſcriptione ſecũda. cum volum⁹ de
ſcribere animã: non vim animalẽ quã habet anima ſm
illam actionem. perfectio etenim accipitur in diffinitio
ne anime. non autem in diffinitione virtutis anime. Tu
autem poſtea ſcies differentiã inter animaꝫ ſenſibilem.
& vim mouendi. & apprehendendi. & inter animaꝫ ratio
nalem: & inter vim eorum que predicta ſunt de cognitio
ne: & alijs cũ aũt volueris altius ſcrutari vtiqꝫ melius eſt
vt vegetabilis accipiatur genus ſenſibilis: & ſenſibilis ge C
nus humane: & ꝙ eſt communius accipiatur in diffõne mun⁹
cõis. ſilr ſi inſpexeris aias ſm vires que ſunt eis ꝓprie in
earũ ſenſibilitate: & earũ humanitate: fortaſſis cõſeque B
ris qd diximus. Anima aũt vegetabilis habꝫ tres vires. Prima
vnã nutritiuã. que eſt vis cõuertens corpus a corporeita
te in qua erat in ſimilitudine corporis in quo eſt: & vnit ei
pro reſtitutione eius qd ſolutũ eſt ex illo. Aliam augmẽ Secunda
tatiuã que eſt vis augẽs corpus in quo eſt ex corpore: ꝙ
ipſa aſſimilat illi augmẽto ꝓportionali in omnibus ſuis
dimenſionibus: que ſunt lõgitudo. latitudo. & ſpiſſitudo.
vt perducat rem ad pfectionẽ. Tertiã generatiuaꝫ q̄ eſt Tertia
vis accipiens de corpore in quo eſt partem illi ſimileꝫ in
potẽtia: & operatur in ea per attractionẽ aliorũ corporũ: q̄
illi aſſimilat generari: & cõmiſceri: & cõuertit eã in ſimilitu
dinẽ ipſius in effectu. Anima aũt ſenſibilis: vel vitalis ſꝫ
modũ primũ. hꝫ duas vires: motiuã. ſ. & apprehendentẽ.
Sed motiua eſt duobus modis: qd aũt eſt mouẽs. id ꝙ
imperat motui. aut eſt mouens: ideo qꝛ eſt efficiẽs motũ.
Motiua autem ſm ꝙ eſt imperans motui eſt vis appe
titiua & deſideratiua: que vis cum imaginetur imagina
tione: de qua poſtea dicem⁹: forma que appetitur aut re
ſpuitur imperat alij virtuti mouenti vt moueat que ha
bet duas partes vna que dicitur vis cõcupiſcibilis: que
eſt vis imperans moueri: vt appropinquatur ad ea que
putantur neceſſaria: aut vtilia appetitui delectamentis
aliam que vocatur iraſcibilis: que eſt vis imperans mo
ueri ad repellẽdũ id qd putatur nociuum. aut corrũpens
appetitum vincendi. Sed vis motiua ſm ꝙ eſt efficiẽs.
eſt vis infuſa neruis & muſculis: contrahẽs chordas: & li
gamenta coniuncta membris verſus principium aut re
laxans & extendens in longum: & cõuertens chordas: & li
gamenta. e conuerſo. contra principiũ. Sed vis apprehẽ
dens duplex eſt. alia enim eſt vis que apprehendit a fo
ris: alia que apprehendit ab intus. apprehendens a fo
ris: aut ſunt qnqꝫ ſenſus: aut octo. Ex qbus eſt viſus que
eſt vis ordinata in neruo obtico ad apprehẽdẽdũ formã
eius qd formatur in humorẽ criſtalinuꝫ ex ſilitudinibus
corporum habentium colorẽ q̄ eueniunt p corpa radio

Auditus ſa in effectu ad ſuperficies corporum terſorum. Ex illis
etiam auditus que eſt vis ordinata in neruo expanſo in
ſuperficie nerui obtici ad apprehendendū formā eius
qđ ſibi aduenit: ⁊ commotione aeris qui conſtringitur in-
ter percutiens ⁊ percuſſum. reſiſtens ei conſtrictiōe exa-
cta ex qua prouenit ſonus. ⁊ prouenit eius cōmotio ad
aerem collectum quietum qui eſt in concauitate nerui
obtici mouens illum ad inſtar ſui motus: ⁊ cōmotiones
Olfatus illius motus tangunt neruum. ¶ Et ex illis eſt olpha-
tus qui eſt vis ordinata in duabus carunculis anterioris
partis cerebri ſimilibus mamillarum capitibus: ad appre-
hendendum id qđ offert ei aer attractus de odore qui eſt
in vapore permixto cum aere. aut de odore impreſſo in
Guſtus illo. ex permutatione que fit ex corpore odorifero. ¶ Et
ex illis eſt guſtus qui eſt vis ordinata in neruo expanſo
ſuper corpus lingue ad comprehendendum ſapores ſo-
lutos ex corporibus contingentibus ipſum cum permi-
ſcentur humori vnctuoſo lingue permixtione permutā-
Tactus ti. ¶ Et ex illis eſt tactus qui eſt vis ordinata in neruis
cutis totius corporis. ⁊ eius carnibus ad apprehenden-
dum id qđ tangit illum: ⁊ afficit contrarietate permutāte
complexionem. ⁊ affectionem corporis. ¶ Videtur autē
aliquibus hec vis non eſſe ſpecies ſpecialiſſima. Sed ge-
nus quattuor virium aut etiam plurium diffuſarum ſi-
mul in toto corpore: quarum vna diſcernit contrarietatē
que eſt inter calidum ⁊ frigidum. Alia diſcernit contra-
rietatem que eſt inter humidum ⁊ ſiccum. tertia eſt diſcer-
nens contrarietatem que eſt inter durum ⁊ molle. quar-
ta vero eſt diſcernens contrarietatem que eſt inter aſpe-
rum ⁊ lene. ¶ Sed quia collectio illarum eſt in vno in-
ſtrumento ſcilicet cute. ideo putantur eſſe vna in eſſentia.
¶ Sed virium apprehendentium ab intus quedam ap-
prehendunt formas ſenſibiles. quedam vero apprehen-
dunt intentiones ſenſibilium: apprehendentium autem
quedam ſunt que apprehendunt ⁊ operantur ſimul: que-
dam vero apprehendunt ⁊ non operantur. quedam ap-
prehendunt principaliter. ⁊ quedam ſecundario. ¶ Dif-
ferentia autem inter apprehendere formas. ⁊ apprehen-
dere intentionem. hec eſt ꝙ forma eſt illa quā apprehē-
dit ſenſus interior. ⁊ ſenſus exterior ſimul. Sed ſenſus
exterior primo apprehendit eam. ⁊ poſtea reddit eam ſen-
ſui interiori. Sicut cum ouis apprehendit formam lupi
.i. figuram eius. ⁊ affectionem ⁊ colorem. Sed ſenſus exte-
rior ouis primo apprehendit eam: ⁊ deinde ſenſus inte-
rior: intentio autem eſt id qđ apprehendit anima de ſen-
ſibili. quamuis non prius apprehendit illud ſenſus exte-
rior. ſicut ouis apprehendit intentionē quā habet de lu-
po: que .ſ. eſt quare debeat eum timere ⁊ fugere. quāuis
hoc ſenſus non apprehendit vllo modo. Id autem qđ de
lupo apprehendit ſenſus exterior primo. ⁊ poſtea interi-
or. vocatur hic proprie nomine forme. Quod autem ap-
prehendit vires occulte abſque ſenſu vocatur in hoc loco
proprie nomine intentionis. ¶ Differentia autē que eſt
inter apprehendere operando. ⁊ apprehendere non ope-
rando hec eſt ꝙ de actionibus alicuius virium interio-
rum eſt componere aliquas formarum. ⁊ intentionum
apprehenſarum cum aliis. ⁊ ſeparare ab aliquibus. habet
ergo apprehendere ⁊ operari etiam in eo qđ apprehen-
dit. Sed apprehendere non operando hoc eſt: cum for-
ma aut intentio deſcribitur in vi tantum. ita vt non poſſit
agere in eam aliquid vllo modo. ¶ Differentia autem
inter apprehendere principaliter. ⁊ apprehendere ſecū-
dario hec eſt. ꝙ apprehendere principaliter eſt cum for-
ma acquiritur aliquo modo acquiſitionis qđ accidit rei ſe-
ſe: apprehendere ſecundario eſt acquiſitio rei ex alio qđ
eam induxerit. ¶ Virium autem apprehendentium oc-
Fantaſia cultarum vitalium. prima eſt fantaſia: que eſt ſenſus cō-
munis: que eſt vis ordinata in prima concauitate cere-
bri recipiens per ſeipſam formas omnes que imprimun-
Imaginatio tur quinque ſenſibus ⁊ redduntur ei. ¶ Poſt hanc eſt ima-
ginatio. vel que eſt etiam formans: que eſt vis ordinata
in extremo anterioris concauitatis cerebri retinens qđ
recipit ſenſus cōmunis a quinque ſenſibus ⁊ remanet in
ea poſt remotionem illorum ſenſibilium. ¶ Debes autē
ſcire ꝙ recipere eſt ex vna vi. que eſt alia ab ea ex qua
eſt retinere. ⁊ hoc conſidera in aqua que habet potentiā
recipiendi inſculptiones ⁊ depictiones ⁊ omnino figurā:
⁊ non habet potentiam retinendi. quamuis poſtea etiam
addemus certitudinem huius. ¶ Cum autem volueris
ſcire differentiam iter opus ſenſus exterioris. ⁊ opus ſen-
ſus cōmunis. ⁊ opus formantis. attende diſpoſitionem
vnius gutte cadentis de pluuia. ⁊ videbis rectam lineā:
⁊ attende diſpoſitionem huius recti: cuius ſūmitas mo-
ueatur in circuitu. ⁊ videbitur circulus impoſſibile autē
eſt vt apprehendas rem aut lineam. aut circulum niſi il-
lam ſepe inſpexeris. Sed impoſſibile eſt vt ſenſus exte-
rior videat eam bis. ſed videt eam vbi eſt: cum autē de-
ſcribitur in ſenſu communi. ⁊ remouetur antequā deleatur
forma ſenſus communis apprehendit eam ſenſus exte-
rior illic vbi eſt: quia apprehendit eam ſenſus communis
quaſi eſſet illic vbi fuit. ⁊ quaſi eſſet illic vbi eſt. ⁊ videt
diſtenſionem circularem aut rectam. hoc autem impoſ-
ſibile eſt comparari ſenſui exteriori vllo modo. ſed for-
mans apprehendit illa duo. ⁊ formet ea. quamuis ſit de-
ſtructa res que iam abiit. Poſt hanc eſt vis que vocatur
imaginatiua comparatione anime vitalis. ⁊ cogitatiua
cōparatione anime humane. que eſt vis ordinata in me-
dia concauitate cerebri vbi eſt neruus. ⁊ ſolet compone-
re aliquid de eo qđ eſt in imaginatione cum alio ⁊ diui-
Extimatiua de aliquid ab alio ſecundum ꝙ vult. ¶ Deinde eſt vis extima-
tiua. que eſt vis ordinata in ſummo medie concauitatis
cerebri. apprehendens intentiones nō ſenſatas: que ſunt
in ſingulis ſenſibilibus. ſicut vis que eſt in oue diiudicans
ꝙ ab hoc lupo eſt fugiendum. ⁊ ꝙ huius agni eſt miſerēdū.
videtur etiam hec vis operari in imaginatis compoſitio-
nem ⁊ diuiſionem. ¶ Deinde eſt vis memorialis. ⁊ re-
miniſcibilis que eſt vis ordinata in poſteriore concaui-
tate cerebri. retinens qđ apprehendit vis extimationis de
intētionibus non ſenſatis ſingulorum ſenſibilium. ¶ Cō-
paratio autem virtutis memorialis ad virtutem extima-
tionis talis eſt qualis comparatio virtutis que vocatur
imaginatio ad ſenſum communem. Et comparatio hu-
ius virtutis ad intētiones eſt qualis cōparatio illius vir-
tutis ad formas ſenſibiles. he ſunt vires anime vitalis.
Vis rationalis vires vel ſenſibilis. ¶ Sed anime rationalis humane vires
diuiduntur in virtute ſciendi ⁊ virtute agendi: ⁊ vna-
Vis actiua queque iſtarum virium vocatur intellectus equiuoce aut
propter ſimilitudinem. ¶ Vis autem actiua eſt que eſt
principium mouens corpus hominis ad actiones ſingu-
las que ſunt proprie cogitationis ſecundum ꝙ intentio-
nibus conuenit ad placitum que appropriantur ei. Et
habet reſpectum in comparatione virtutis vitalis appe-
titiue. ⁊ reſpectum in comparatiōe virtutis imaginabi-
lis. ⁊ extimabilis ⁊ reſpectum in comparatione ipſi-
us ad ſe. ¶ Reſpectus autem eius ſecundum com-
parationem ad virtutem vitalem appetitiuam eſt mo-

dus:propter quez accidunt in ea affectiones que appro/
priantur homini.quibus afficitur cito ſine ſit actio. ſiue
paſſio: ſicut confuſio ⁊ erubeſcentia ⁊ riſus. aut huiuſ/
modi: reſpectus autem eius ſm̄ comparationem vir/
tutis vitalis extimabilis aut imaginabilis. eſt modus
ad quem tendit cum contendit adinuenire mādata re/
rum generatarum ⁊ corruptarum ⁊ aduenire artes hu/
manas.reſpectus autem quem habet comparatione ſui
ad ſe.eſt modus qui generat in ea actionem ⁊ intellectū
contemplantem.⁊ hec ſunt intentiones que pendent ex
actionibus ⁊ diuulgantur famoſe.ſicut hoc ꝙ mētiri tur
pe eſt.⁊ iniuriari turpe eſt nō quaſi probata:⁊ quicquid
ſimile eſt huic de propoſitionibus quarum differētia a ꝑ
ſe notis primis.ſ. intelligibilibus diffinita eſt in libris lo
gicis. quamuis comprobate fuerint: ſicut etiam per ſe
note.ſicut iam didiciſti in eiſdem libris.⸿ Opʒ autem
vt hec virtus imperet ceteris virtutibus corporis. ſicut
oportet pro iudicio alterius virtutis quā poſtea nomina
bimus.ita vt hec non patiatur ab illis vllo modo. ſʒ ip/
ſe patiātur ab ea: ⁊ ſunt omnino ſubſtrate ſub ea.ne for/
te contingant in ea affectiones poſt ſe trahentes .eaʒ ꝑ/
uenientes ex rebus naturalibus que vocantur peruerſi
mores:quia oportet vt ipſa non ſit paſſibilis vllo modo.
nec trahibilis.ſed imperās.⁊ tūc habet mores optimos.
poſſibile eſt autem vt mores comparent̄ virtutibus cor
poralibus.ſed cum illa fuerit dominās habebit affectio/
nem efficientem:⁊ ex intellectu habebit affectionem pa
tientem:nominemus autez omnem affectionem morez.
erit ergo vnū ꝑpter qḋ contingunt mores in B. ⁊ in alio
contingunt mores.propter hoc alium. ſi autem ipſa fue/
rit iuncta habebit affectionem paſſibilem.⁊ ſimiliter af/
fectionem actiuam non extraneam:que etiam erūt due
actiones ⁊ duo mores.⁊ mos quidem erit vnus. ſed ha/
bebit duas comparationes.mores autem qui in nobis
ſunt nō comparātur huic virtuti.niſi quia anima huma
na:ſicut poſtea ſcies eſt vna ſubſtātia:hn̄s cōparationē
ad duo.quorum vnum eſt ſupra eam.⁊ altera infra eaʒ.
ſed ſm̄ vnūquodqʒ iſtoruʒ habet vim per quā ordinat̄
habitus qui eſt inter ipſam ⁊ illud:hec autez virtus acti/ Virt⁹ actiua.
ua eſt illa virtus quam habet anima propter debitum
qḋ debet ei qḋ eſt infra eam.ſ.corpus ad regendum ali/
quid.ſed virtus cōtemplatiua eſt illa virtus qua habet Virtus cōtē/platiua.
anima ꝑpter debitum qḋ debet ei.qḋ eſt ſupra ipſaʒ. vt
patiatur ab eo ⁊ perficiat per illud ⁊ recipiat ex illo tāqʒ
anima noſtra habeat duas facies.faciem.ſ. deorſum ad
corpus:quā oportet nullatenus recipere aliquā affectio/
nem generis debiti nature corporis. Et aliam faciē ſur/
ſuʒ verſus pīcipia altiſſima quā oportet ſemper recipe/
re aliquid ab eo: qḋ eſt illic ⁊ affici ab illo. ex eo autē qḋ
eſt infra eam generantur mores.ſed ex eo qḋ eſt ſupra
eam generantur ſapientie.⁊ h̄ eſt virtus actiua.⸿ Sed
virtus contemplatiua eſt virtus que ſolet informari a
forma vniuerſali nuda a materia. ſi autem fuerit nuda
in ſe:apprehendere ſuam formā in ſe facilius erit. ſi aūt
non fuerit nuda.fiet tamē nuda.quia ipſa denudabit eā.
ita vt de omnibus affectionibus eius.cuʒ materia nihil
remaneat in ea.ſed qualr̄ hoc fiat poſtea declarabimus.
hec aūt v̄tus cōtēplatiua hʒ ad has formas cōparatio/
nē diuerſaʒ.qꝛ id qḋ ſolet aliqḋ recipe aliqn̄ eſt recepti/
bile ei⁹ in potētia:aliqn̄ eſt receptibile ei⁹ in effectu.Po Potētia dr trib⁹ modis.
tētia autē tribus modis dicitur ſm̄ prius ⁊ poſterius.di §
citur eniʒ potentia.aptitudo abſoluta.a qua non exiuit
aliquid ad hoc in effectu.nec etiam habetur aliquid pro/
pter qḋ exeat:ſicut potentia infantis ad ſcribendum.di/
citur etiam potentia hec aptitudo quādiu non habet res
niſi id propter qḋ ſit poſſibile eam peruenire ad effectū
ſine medio ſicut potentia infantis ad ſcribendum cum
fuerit adultus.⁊ cum cognouerit encauſtrum.⁊ calamū
⁊ ſimplicia elementa.⁊ dicitur potentia aptitudo cuʒ ꝑ
fecta fuerint inſtrumenta.⁊ ex inſtrumentis acciderit ꝑ
fectio aptitudinis vt fiat potens faciendi quando libue
rit.ita vt non ſit ei neceſſe adiſcere.ſed ſufficiat ei vt tan
tum appetat.ſicut eſt potentia.ſcriptoris perfecti in arte
ſua cum non ſcripſit.potentia autem prima vocatur ab/
ſoluta materialis.ſecunda autem vocatur potentia faci
lis vel poſſibilis potentia vero tertia eſt perfectio. per/
fectionis autem contemplatiue comparatio ad formas
nudas quas prenominauimus.aliquando eſt ſicut com
paratio eius qḋ eſt in potentia abſoluta.⁊ hoc eſt cū hec
potentia anime nondum recepit aliquid de eo qḋ eſt ꝑ/
fectio.quantum ad eam ⁊ tunc vocatur intellectus ma/
terialis ad ſimilitudinem aptitudinis materie p̄me:que
ex ſe non habet aliquam formarum. ſed eſt ſubiectum
omnium formarum.aliquando eſt comparatio eius qḋ
eſt in potentia potentiali:hoc eſt cum in potentia mate/ Intelligibilia p̄ma ⁊ ſcda.
riali habentur de intelligibilibus prima per ſe nota. ex
quibus ⁊ cum quibus acceditur ad intelligibilia ſecun/ Hec eadē alfarabi⁹ tractatu de intellectu.
da.ſed prima intelligibilia ſunt propoſitiones quas con
tingit credere non aliunde.nec quia auditor percipit vl/
lo modo eſſe poſſibile eas aliquando non credere. ſicut
ſentimus hoc:qḋ totum maius eſt ſua parte.⁊ ꝙ eidem
equalia.inter ſe ſunt equalia.⁊ interim dum non acqui/
ritur ei adhuc intentio eius qḋ eſt in effectu niſi hoc mo
do tunc vocatur intellectus in habitu.⁊ poteſt hic intel/
lectus vocari intellectus in effectu.comparatiōe primi:
potentia etenim prima non poteſt intelligere aliquid in
effectu.ſed hec poteſt intelligere aliquid cum inquiſie/
rit.aliquando eſt ſicut comparatio eius qḋ eſt in poten/
tia perfecta.hoc eſt cum inceperint in ea conſiſtere for/
me intelligibiles adepte poſt per ſe nota.ſiue intelligibi/
lia prima.ſed non conſiderat illa nec conuertitur ad illā
in effectu.niſi veluti ſint repoſite apud eum vt cum vo/
luerit conſideret illas formas ⁊ intelligat eas. ⁊ intelli/
gat eas ſe intelligere: ⁊ vocatur hic intellectus in habitu.
eſt enim hic intellectus qui intelligit quotiens vult in/
telligere ſine labore acquirendi quamuis hic etiaʒ poſ/
ſit vocari intellectus in potentia.comparatione eius q
ſequitur poſt ipſum.aliquando autem eius comparatio
eſt ſicut comparatio eius qḋ eſt in effectu abſoluto.hoc
eſt cum forma intellecta nunc in preſenti eſt in eo.⁊ ipſe
conſiderat eam in effectu.⁊ intelligit in effectu.⁊ intelli
git ſe intelligere in effectu. ⁊ ꝙ tunc habet eſſe in eo. eſt
intellectus accommodatus ab alio qui vocatur intelle/
ctus accommodatus per hoc qḋ declarabitur nobis: qꝛ
intellectus in potentia non erit ad effectum niſi per in/
tellectum qui ſemper eſt in actu.⁊ quia cum coniunctus
fuerit intellectus qui eſt in potentia cum illo intellectu.
qui eſt in actu:aliquo modo coniunctionis imprimetur
in eo.ſm̄ aliquem modum formandi.ille qui eſt accom/
modatus ab extrinſecis: hi ſunt ordines virtutum. qui
nominantur intellectus.⁊ contemplatiui.⁊ in intellectu
accōmodato finitur genus ſenſibile ⁊ humana ſpēs eius
⁊ illic virtus humana ꝯfirmatur primis principijs oīs
eius qḋ eſt.⸿ Conſidera ergo nunc ⁊ inſpice diſpoſitio/ §
nes iſtaꝝ virtutuʒ.qualiter alie imperant alijs. ⁊ quali/ Virtutuʒ graduatio.
ter alie famulant̄ alijs:⁊ inuenies intellectuʒ accōmoda

tuʒ pueniſſe. τ omnis alia ſubeſſe illi: qui eſt vltimus finis. deinde intellectui in habitu deſeruit intellectus in effe‑ ctu: τ intellectus materialis cuʒ aptitudine que eſt in eo: deſeruit intellectui in effectu deinde intellectus efficiēs
B deſeruit his oībus. ¶ Obligatio eniʒ aīe cuʒ corpore ſi‑ cut poſtea adhuc declarabit. eſt propter hoc vt pficiat intellectus contemplatiuus τ ſanctificet. τ mūdet: intel lectus aūt efficiēs eſt rector illius colligatiōis anime cū corpore: intellectui aūt efficiēti deſeruit extimatio: exti‑ mationi aūt deſeruiūt due virtutes. virtus poſterior eā: τ virtus prior ea. virtus aūt poſterior eſt virtus. que reti net qđ reddit extimatio memoriali. virtus aūt prior eſt ſup omnes virtutes vitales. deinde virtuti imaginatiue deſeruiunt due virtutes diuerſaꝝ actionū: virtus autem appetitiua deſeruit ei cū obediētia: q2 extimatiua īperat ei moueri aliquo modo pceptionis. virtus aūt imagina‑ tiua ſeruit extimatiue: p hoc ꝙ oſtēdit ei formas retētas in ea: q̄ ſunt apte ad recipiēdū compoſitionē τ diuiſio‑ nē. deide hec dñantur aliqs. virtuti. aūt imaginatiue ſer‑ uit fantaſia: fantaſie vero ſeruiūt gnqʒ ſenſus: virtuti aūt appetitiue ſeruiūt cōcupiſcibilis τ iraſcibilis. ſʒ concupi‑ ſcibili τ iraſcibili ſeruit virtus mouens q̄ eſt in lacertis. τ hic terminātur virtutes vitales vel ſenſibiles. ¶ De‑ inde virtutibus vitalibus vel ſenſibilibus ſeruiunt ve‑ getabiles: quaꝝ prīa τ caput eſt generatiua. deide augu‑ mentatiua ſeruit generatiue: poſt nutritiua ſeruit augu‑ mētatiue: deide quattuor. v̄tutes naturales ſeruiūt iſtis: ſʒ digeſtiue que eſt vna eaꝝ que ſeruiūt: retētiua ex vna parte. τ attractiua ex alia pte. expulſiua vero ſeruit vni‑ cuiqʒ iſtaꝝ. deinde quattuor qualitates ſeruiūt his om‑ nibus. ſed calori ſeruit frigiditas. pparat eni ei materiā: vt ſeruet eius eſſentiā. frigiditas aūt nō hʒ ordinē in vir‑ tutibus: que ꝯueniunt appetitibus naturalibus niſi q̄ſi, ſeruitiuʒ vtilis obſequētie: τ his duabus ſeruiūt ſiccitas, τ humiditas. τ hic eſt finis graduū virtutum.

¶ Expleta eſt pars prima ſexti de naturalibus. ¶ Inci‑ pit pars ſcđa eius capitulū primū de certificando virtu‑ tes que ſunt proprie anime vegetabilis.

A Incipiemus nūc ſignificare ſi‑ gillatim virtutes. quas diximus τ demōſtrabimus eas ex ſuis actionibus. τ p̄mo ex actionibus vir‑ tutū vegetabiliū. ſed primo oium diſpoſi‑ tionē virtutis nutritiue. dicemus igit ꝙ ex pmiſſis cognouiſti cōparationē nutrimēti ad nutritū: τ diffinitionē vniuſcuiuſqʒ illoꝝ τ pprietatem. dicemus nūc ꝙ nutrimētū nō ſemper permutatur in naturaʒ nu‑ triti ſubito. ſʒ primo permutatur aliquātuluʒ a ſua qua‑ litate. τ aptatur pmutationi in ſubſtātia nutriēdi. in quo operat vna ex virtutibus ſeruiētibus virtuti nutritiue:
Digeſtiua. que eſt digeſtiua: τ hec eſt que diſſoluit nutrimētū in ani‑ malibus. τ preparat illud ad hoc vt diffundat equaliter
Nutritiua Deinde virtus nutritiua deducit illud in aial p̄mo ſan‑ guineū pmutādo in ſanguinē. τ humores ex quibus eſt ꝯſtitutio corporis. ſicut iam oſtēdimus alš. ſʒ omne mē‑ brum habet virtutē ppriā nutritiuam. que eſt in eo que pmutat nutrimētū. in ſimilitudinē eius ppriā τ vnit ei. ergo virtus nutritiua reſtaurat qđ ſolutū eſt: τ aſſimilat τ vnit. nutrimētū aūt quāuis plures eius vtilitates ſint ex hoc ꝙ ſit reſtitutio eius qđ ſolutū eſt. nō tñ ad hoc ſo‑ lū eſt neceſſariū. ſʒ quia natura primo eget eo ad augu‑ mētanduʒ: que poſtea nō eget eo niſi ad ponendū illud tñ loco eius ꝙ diſſolutum eſt. ergo virtus nutritiua ex

viribus aīe vegetabilis opatur omni tēpore vite ſingu‑ laris que dū pmanſerit exercens ſuas actiones. vegeta‑ bile τ animale erunt viua: cū aūt deſtructa fuerit vege‑ tabile τ aial non erunt viua. non aūt eſt talis diſpoſitio aliaꝝ virium vegetabilium: augumētatiua etenīʒ opat primo cū generat aial. actionē que nō eſt tñ nutritiue: finis enim nutritiue eſt id qđ diffinimus. ſed hec virtus diſtribuit nutrimentū diuerſo modo: q̄ʒ virtus nutriti‑ ua. qđ eni debet virtus nutritiua ex ſe hoc eſt. vt det vni‑ cuiqʒ mēbro de nutrimēto ſm eius magnitudinē. τ par‑ uitatē τ de nutrimēto vnit ei ſcđm mēſurā quā hʒ equa‑ liter. augmētatiua vero tollit ab vna pte corporis nutri‑ mētum quo indigebat: τ addit aliq pti. τ vnit ei vt illa pa augeatur potētius q̄ʒ alia. miniſtrāte ſibi nutritiua in hoc. ſi eniʒ eſſet dominiū nutritiue adequaret illas. aūt etiaʒ plus largiretur parti. cui augmētatiua ſubtrahet: verbi gratia. q2 nutritiua cū ſola fuerit τ eius actio fortior. τ qđ reſtituitur fuerit amplius q̄ʒ qđ reſoluitur: ipſa ap‑ ponit in latitudine mēbroꝝ τ ſpiſſitudine eorum augu‑ mētum manifeſtuʒ in groſſitie: longitudini aūt eius nō addit augmētuʒ qđ appareat: augumētuʒ autēʒ addit multo plus longitudini. q̄ʒ latitudini: ſed addere longi‑ tudini difficilius eſt q̄ʒ addere latitudini: in augumen‑ tatione etenim longitudinis neceſſe eſt nutrimētuʒ dif‑ fundi in mēbris duris. vt oſſibus τ neruis: per oēs par‑ tes eorum in longum. τ ppagādo. τ elongando inter eo‑ ruʒ extremitates: in augmento aūt latitudinis aliquan‑ do ſufficit carnes augeri. τ oſſa etiam nutriri in latitudi‑ ne. ita vt non ſit neceſſe multuʒ infundi in eo τ moueri. aliquando autē mēbra aliqua in principio vegetationis erūt parua: τ alia mēbra in principio vegetatōis magna: poſtea vero in fine vegetationis eius neceſſe vt id qđ eſt maius fiat minus. τ qđ eſt minus fiat maius. Si aūt do‑ miniū eſſet nutritiue hoc ſemp procederet eadem ppor‑ tione. nutritiua aūt ſm qđ eſt nutritiua efficit nutrimē‑ tuʒ τ vnit corpori equali modo. aut pene equali. ſicut oꝫ fieri in natura eius vt in groſſicie. Sʒ augmētatiua im‑ perat nutritiue vt diſtribuat nutrimētuʒ τ diffundat il‑ lud illic vbi debet augumētatiua diuerſo mō ab hoc ꝙ debet nutritiua. nutritiua aūt deſeruit augūtatiue. in hoc ꝙ nutritiua ſine dubio eſt vniens: τ eſt operans ad nutū virtutis augmētatiue. virtus vero augmētatiua non ap‑ petit niſi augumētare rē. ¶ Sʒ generatiua habet duas
B actiōes. quaꝝ vna eſt creare corpus τ figurare τ forma‑ re. altera vero eſt attribuere partibus eius in pmutatio‑ ne ſcđa formas eaꝝ. ſ. virtutes τ dimēſiōes τ numeros. τ figuras. aſperitatē τ lenitatē τ his adherentia: ſubiecta gubernatōi eius q ſolus oīa pōt: nutritiua v̄o ſeruit huic nutriēdo: ſʒ augmētatiua ſeruit ei augēdo ſʒ ꝙ res mere‑ tur. hec aūt actio pficit in p̄ncipio gñatiōis rei: deide re‑ manet gubernatio cōmodata augumētatiue τ nutritiue: cū aūt opat augumētatiua q̄ſi circa pfectionē. tūc gñati‑ ua iteꝝ excitat cū duabus miniſtris ſuis ad gñandū ſe‑ mē τ ſpme in quo geſcat v̄tus: q̄ eſt eiūdē ſui gñis. omno
dū v̄tus nutritiua appetit hoc vt p eā ꝯſeruet ſuba cuiuſʒ ſingularis. τ augūtatiua appetit. vt p eā pficiat ſuba ſin‑ gularis. ſʒ gñatiua appetit vt p eā remaneat ſpēs: q2 ap‑ petere pmanere: ē res q̄ venit ex deo in oi qđ eſt: τ in ſin‑ gulari qđ nō eſt aptū ad pmanēdū. ſʒ eſt aptū vt ſpēs ei9 remaneat. excitat virtus ad reparādū aliqđ vice eius, vt p hoc ſeruet eius ſpēs nutritiua. ḡ reſtaurat qđ reſolui‑ tur ī ſingulari. τ gñatiua reſtaurat qđ reſoluitur de ſpē. ¶ Fuerunt autem multi: ex quibus aliquis putauit qđ nutritiua eſt ignis: quia ignis nutritur τ augetur. τ er‑ rauit duobus modis. vno quia nutritiua nō nutrit: ſʒ nu‑

Ariſt. 3. de aia tex. 59. c. 2. t. 46. Augmētatiua Nutritiue ſeruit.

C

Nutritiua τ augmētatiua ſunt circa ſin gulares gñatiua circa ſpecies.

trie et auget corpus.ignis vero ꝛ ſi nutriat. non nutrit
vel auget niſi ſe alio:quia ignis non nutritur.ſed fit in eo
aliquid poſt aliud. ꝛ extinguitꝰ ꝙ ꝓceſſit.ſi enim nutrire
tur:ꝛ eius nutrimentum fieret ſm. nutrimẽtuʒ corpore
um non deberet nutrimẽtum corporis ceſſare ſicut nutri
mẽtum ignis non ceſſat:quãdiu inuenit materiaʒ.ſʒ au
Arı.2° ſ aia.c.4. getur ſemper ſine fine. ℂ Sʒ mirabilius eſt ꝙ dixit au
ctor huius ſentẽtie.ſ.ꝙ arbores ideo radicant deorſum:
quia terrenitas mouet eas deorſum ꝛ attenuant in ra
mis ſuperius.primus autẽ error ipſius fuit hic.ſ.ꝙ mul
torum vegetabilium grauiores ſunt rami ꝙ̃ radix. ſe
cundus autem ꝙ propter hunc motum:cur non ſepa
rantur partes ꝛ diſcedũt graue a leui.ſi hoc autem eſt ex
actione anime attribuamus etiam ſimiliter radicare:ꝛ
ramificare anime:quãuis videtur ꝙ in vegetabilibus ſur
ſum eſt.vbi eſt caput eorum.ſed caput vegetabiliũ eſt
Arı.2. de aia.t.38. radix eorum:quia inde oriuntur:deinde primum inſtru
mentuʒ huius virtutis eſt calor naturalis calor enĩʒ eſt
aptus ad mouenduʒ materias.poſt hec ſequitur frigidi
tas ad faciendum eas quieſcere in ſuis perfectionibus
creaturarum ꝛ conſumat eas. ℂ Sed qualitatuʒ paſſi
uaruʒ inſtrumẽtum primum eſt humiditas.ꝛ hʒ eſt que
recipit figuram.quaʒ ſequitur ſiccitas:que conſeruat fi
C guraʒ.ꝛ iuuat ad retentionem forme. ℂ Virtus autẽ ve
getabilis que eſt in animali.non generat niſi corpus ani
male:quia eſt animatiuũ ex qua pẽdet virtus animatio
nis:que eſt differẽtia inter ipſum ꝛ eaʒ:cum quia cõuenit
in hoc ꝙ eſt virtus nutriẽdi ꝛ augmẽtandi.ꝛ complexio
tur augmentata:electa complexione que eſt congrua ani
mali. ꝙ autẽ facit hanc complexionẽ.eſt virtus cõmu
nis vegetabili ꝛ animali ſm ꝙ eſt cõmunis.hoc enim
ſcdm ꝙ eſt cõmunis non debet facere cõplexionẽ pro
priaʒ.non enim vʒ facere complexionẽ propriam niſi in
ipſis:in ipſis enĩʒ preter hoc ꝙ eſt nutritiuũ eſt etiaʒ ani
malis ꝛ habet in ſua natura vt ſenſificet:ꝛ moueat cum
habuerit inſtrumẽtuʒ ꝛ ipſa eſt conſeruans illam coniũ
ctionem ꝛ complexionẽ ſicut cũʒ relata fuerit ad habẽ
tia coniunctionẽʒ ſit contingẽtis.non enim eſt de natu
ra elemẽtorũʒ ꝛ corporum contrariorũʒ coniungi per ſe:
ſed de natura habẽt ire in partes diuerſas.que non con
iungit niſi anima propria.Exẽpli gratia. vt in palma eſt
anima palmifica.ꝛ in vua anima vuifica. ꝛ omnino ani
& ma que eſt forma ipſius materie.Anima etenĩʒ cum ſit
palmifica ſupra hoc ꝙ eſt anima augendi. habet etiam
eſſe anima palmifica.ꝛ in vua anima vuifica:palma aũt
non eget anima vegetabili.ꝛ alia anima ꝓpter quã ſiat
palma:non enĩʒ habet actiones ꝓter quaʒ vegetabiles.
ſed eius anima vegetabilis habet in ſua vegetabilitate
qua eſt palmifica.ſed anima vegetabilis que eſt in ani
mali poſt creationẽ animalia habet actiones ꝓter quas
actiones agit ſola ſecundũ ꝙ eſt vegetabilis tantum:q̃
eſt regẽs animaʒ animalẽ.imo eſt certiſſime preter ani
maʒ vegetabilem:ſi voluerint appellare animam vege
tabileʒ ex intellectu quo diximus.ſ.generali. ℂ Ex dif
ferẽtia vero conſtituẽte non ꝓuenit vlla anima vegeta
bilium.ſed ex differentijs quas habet vnũquodq; vege
tabile per ſe ꝛ non aliud:quia non eſt principium actio
nis vegetabile proprium tantum. ſed anime vegetabili
animalis differentia qua ſeparatur ꝛ conſtituitur vna
queq; ſpecies ſub ipſa eſt virtus anime animalis adiũ
cta illi que aptat illi corpus. ꝛ eſt differentia ad modum
differẽtiarum quas habent ſimplicia non quas habent
cõpoſita.anima autẽ humana non pẽdet ex corpore: ſʒ
habet ſe ad corpus vt forma:ſicut poſtea oſtẽdimus.nec
eget vt ſibi preparetur membrum.concedo autẽ ꝙ ani

matio eius differt ab alijs animationibus.ſimiliter etiã
membra apta ſunt eius animationi.

ℂ Capitulũ ſcdm de certificando modos apprehenſionũ que ſunt in nobis.

LOquamur nunc de virtutibus ſen
ſibilibus.ꝛ apprehẽdẽ
tibus.ſʒ loquamur de eis verba generalia.di
cẽte:q; videtur ꝙ apprehẽdere non ſit niſi
apprehẽdere formaʒ apprehẽſi aliquo mo
dorũʒ.ſed ſi apprehẽdere eſt apprehẽdere rem natura
lem.tunc apprehẽdere eſt apprehẽdere formaʒ alicuius
abſtracti a materia aliqua abſtractione: ſpecies autem
abſtractionis diuerſe ſunt.ꝛ gradus earum multum di
Abſtractio multiplex. ſtantes:formis etenĩʒ materialibus propter materiam
accidunt diſpoſitiones.ꝛ alia que non habent ex ſua eſ
ſentia.ex hoc.ſ.ꝙ ipſe ſunt forme. ergo illarum abſtra
ctio a materia aliquando eſt abſtractio non ſine illis ap
pendicijs. vel aliquibus earũʒ:aliquando illa eſt ꝑfecta
abſtractio que abſtrahit intellectum rem a materia: ab
alijs appendicijs in materia earum:exempli gratia:for
ma etenim humana ꝛ ſubſtantia eſt natura ſine dubio:
in qua conueniunt omnia ſingularia ſpeciei equaliter:
cuius eſt vna diffinitio.ſed quia accidit ei vt exiſteret in
hoc ſingulari ꝛ in illo.ideo multiplicata eſt:hoc autẽ nõ
habet ex natura ſua. ſi enim ex natura humana eſſet.vn
de deberet multiplicari:tunc nõ predicaretur de homo de
aliquo numero vno. ſi vero humanitas eſſet ex hoc ꝙ
eſt humanitas petri.tunc humanitas non eſſet alterius:
ergo vnum ex accidẽtibus que accidunt humanitati ex
materia: eſt ſpecies hec multiplicationis ꝛ diuiſionis:
accidunt autem ei alia preter ꝙ̃ hec accidentia.ſ. quia
cum fuerit in materia acquiretur ei aliquis modus quã
ti. ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ ſitus.que omnia ſunt extranea a na
tura ipſius:quia ſi hoc ꝙ eſt humanitas eſſet ex hoc pre
dicto modo:vel alio modo quãti ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ ſitus:
tunc ex hoc ꝙ eſt humanitas oporteret vnumquemq;
hominuʒ conuenire cum alio in his intẽtionibus. ſi aũt
hoc qđ eſt humanitas eſſet ex alio aliquo modo quanti.
ꝛ qualis.ꝛ vbi ꝛ ſitus:oporteret vt omnes homines cõ
uenirent in illo modo:ergo forma humana ex ſui eſſen
tia non debet habere accidẽtia hec:que ſolent ei accide
re.ſed propter materiaʒ habetur cum illis accidẽtibus.
ꝛ propter accidẽtia comparationis que eſt inter eã ꝛ ma
teriaʒ:que comparatio cũʒ remota fuerit deſtruetur ap
prehẽſio ipſa. viſus autem indiget his accidentibus.cũʒ
Viſus apprehẽdit formaʒ eo ꝙ non abſtrahit formaʒ a mate
ria abſtractione vera.ſed eſt neceſſarium materiam ad
eſſe:ad hoc vt forma hec apprehẽdatur in illa: ſed ima
Imaginatiua. ginatio ſiue imaginari.eſt cũʒ abſtrahitur forma a mate
ria maiori abſtractiõe:etenĩʒ formaʒ capit ſine materia:
ita ꝙ ad hoc vt hoc ſubſiſtat in illa nõ eſt neceſſe exiſte
re mãʒ:q: mã ſiue ſit abſens:ſiue deſtructa: eẽ tñ forme
ſtabile erit in imaginatiõe: ꝛ tũc apphẽſio ipſius erit ab
ſtrahẽs eã a colligatiõe.quã hʒ cũ mã abſtractione ꝑfe
cta: ſʒ imaginatio nõ denudat eã ab accñtibus mãlibꝰ.
ſenſus etiã nõ denudat eã a mã denudatiõe ꝑfecta:neq;
denudat ab accñtibus materie:ſʒ imagiatio denudat eã
a mã denudatiõe vera:ſʒ nõ denudat eã vllo mõ ab acci
dẽtibus materie:forme etenĩʒ q̃ ſũt in imaginatiõe ſunt
ſʒ hʒ ꝙ ſũt ſenſibiles ꝛ ſcdʒ q̃litatẽ ꝛ q̃titatẽ aliquã ꝛ ſi
tũ:nõ eſt poſſibile imaginatiõi aliquo mõ imaginari for
mã in tali diſpõne in qua poſſibile ſit ꝯuenire oia idiui
dua illiꝰ ſpẽi:hõ.n.imaginatus eſt ſicut vnus ex hoibus:
poſſibile eſt autem homines eſſe qui ſunt imaginati:nõ
illo modo quo imaginatio imaginatur hominẽ illum.

Eſtimatiua.

¶ Sed eſtimatio parum tranſcendit hunc ordinē abſtractionis: eo ꝙ apprehendit intentiones immateriales que non ſunt in ſuis materijs: quamuis accidat illis eſſe in materia: quia figura. ⁊ color. ⁊ ſitus. ⁊ his ſimilia ſunt res quas non eſt poſſibile haberi niſi a materijs corporalibus: bonitas vero ⁊ malicia. ⁊ conueniens. ⁊ inconueniens. ⁊ his ſimilia ſunt in ſe res non materiales. quibus tamen accidit eſſe materialis. ratio autem ꝙ he non ſunt materiales. hec eſt. ſ. ꝙ ſi he eſſent materiales ex ſe ipſis. non intelligerentur bonitas vel malicia vel conueniens vel inconueniens. niſi accidens corpori. intelliguntur autem ſine corpore: conſtat ergo ꝙ he in ſe nō ſunt materiales. ſed accidit eis eſſe in rebus materialibus. extimatio autem non apprehendit. neqꝫ aſſequitur niſi ſimilia horum. ergo extimatio apprehendit res materiales ⁊ abſtrahit eas a materia. ſicut apprehendit etiā intentiones non ſenſibiles: quamuis ſint materiales. ergo hec abſtractio purior ⁊ vicinior eſt ſimplicitati q̃ due prime. ſed cum hoc tamen non expoliat formam hanc ab accidentibus materie: eo ꝙ particulariter apprehendit eam ſm propriam materiam. ⁊ ſm comparationē eius ad illam ⁊ ligatā cum forma ſenſibili. ⁊ ſtipatam accidentibus materie. ⁊ eſt ↄueniētia imaginatiōis cū illa. ¶ Sed virtus in qua forme exiſtes nō ſunt materiales vllo modo nec accidit eis eē materiatas. nec forme ſunt rerum materialiū: ſed denudate ab omni colligatione eſt materia conſtat: quia comprehendit formas apprenſione nuda a materia omni modo: in eo autē ꝙ ex ſeipſo nudum eſt a materia. res manifeſta eſt. ſꝫ id qđ habet eſſe cum materia. aut cuius eſt eſſe materiale. aut cui hoc accidit. abſtrahit a materia. ⁊ ab omnibus appēditijs ex materia que ſunt cum ipſa. ſed apprehendit id apprehenſione nuda. ita ꝙ ſit exempli gratia ſicut homo qui predicatur de pluribus. ⁊ ita ꝙ apprehēdit multa in vnam naturā ⁊ ſequeſtrat illud ab omni quantitate. ⁊ qualitate ⁊ vbi ⁊ ſitu materialibus. niſi enim denudaretur ab hoc non eſſet aptū dici de omnibus. ⁊ in hoc differunt apphēſio iudicantis ſenſibilis: ⁊ apphenſio iudicantis imaginabilis. ⁊ apphēſio iudicantis extimabilis: ⁊ apprehēſio iudicantis intelligibilis. ⁊ ad hanc intētionem duximus hoc verbū in hoc capitulo.

B

ſunt iracũdiores in quibuſdã ſpẽbus q̃ȝ femine: dantur
eis culmi ad defendẽdũ feminas: q: femine ſunt debilio
res in ſe: ⁊ peioris cõplexionis: ⁊ hoc etiaȝ fit in aialibus
qbuſdã: licȝ nõ comedãt carnes: ⁊ nõ idigẽt iſtis culmis
ad comedẽdũ: ſed ſolũ ad defendendũ: ſicut porci maſcu
li: ⁊ hac de cã hñt vires ſicut modo diximus: ⁊ iſtud eſt
ſimile ei qd̃ accidit in camelis: ⁊ ſic dicemus in omnib⁹
alijs armis. Et pp hoc factũ eſt cornu in ceruo: ⁊ non in
cerua: ⁊ in ariete: ⁊ in capro: ⁊ piſces q nõ ſunt comeden-
tes carnes nõ idigẽt dẽtibus acutis: ⁊ q comedũt idigẽt
dentibus acutis. Et q: nõ hñt collũ qd̃ declinat ad pdaȝ
ideo hñt dẽtes vncos: ⁊ ſupiores intrãt iferiores ad mo
dũ ſerre ſm ordinales acies: ⁊ hoc factũ eſt: vt cito tranſ-
glutiãt diuiſuȝ: in maſticatione aũt itrarent aquã: ⁊ iſte
acies facte ſunt pp velocẽ iciſionez: ⁊ iſta diuiſio eſt loco
maſticatiõis. Et in ore aialis ſunt mlta iuuamẽta: ⁊ aia-
lia nõ habẽtia alia iuuamẽta ab ore ſuo niſi comedere:
⁊ loq: nõ hñt opus: vt eẽnt multe acies: ſed oia orificia q̃
idigebãt iciſione cibi in minima hñt multos dẽtes: ⁊ hõ
ſunt piſces. Et vngues auiũ venantiũ ſunt vnci: ſicut ſue
pice: ⁊ hoc vt capiat in volãdo: qm̃ non deprehedanf in
ambulando. Et pice auiũ colligẽtiũ grana ſunt recte: qm̃
poterũt melius p hõ picas colligere grana: ⁊ aues q̃ hñt
picas amplas ſunt ille q̃ comedũt lutũ: ⁊ aſſimilãf ille pi
ce ligonib⁹ latis. Et aues q̃dã hñt picas parũ rectas: ⁊ pa
rũ curuas: ſicut aues que dñf comedẽtes in veritate car
nes: ⁊ colligẽtes grana: ⁊ dico ego: qm̃ eſt q̃dã auis q̃ na-
ſcif in aq̃: ⁊ eſt alba: ⁊ pedes hñs nigros: ⁊ pica eius ẽ la-
ta in extremitate: ⁊ fere rotunda. Et dicit Ariſt. q͛ cornu
fuit ſup caput: qm̃ q̃dã mẽbra ſunt poſteriora: cũ quibus
nõ põt aial videre qd pcutiat: aut ſunt deputati alijs mo
tib⁹ ſicut man⁹: aut ſunt alia mẽbra pora impediẽtia mo
tũ illoꝝ mẽbroꝝ: vt ſunt mẽbra ipediẽtia motũ ſpatule:
qm̃ cornu nõ fit niſi in recuperatiõe vtutis amiſſe in fiſ-
ſura pedũ: qm̃ oẽ aial hñs fiſſum pedẽ hʒ cornu fere: ſed
nõ cõuertif pter in aſino idico q hʒ vngulã nõ fiſſaȝ: q dr̃
hechedẽ. ⁊ hʒ cornu: ⁊ fortaſſe aſinus ille hʒ magnũ cor
nu: qm̃ nõ hʒ iuuamẽtũ i vngula. Et dixit Ari. q͛ oẽ aial
hñs cornu hʒ duo cornua pter aſinũ indicũ: ⁊ aliud aial
qd̃ dicif acharç. ⁊ illud hʒ vngulã fiſſaȝ: ⁊ q̃nq: iſta duo
aialia hñt vnũ cornu iõ poſuerũt ipm in medio: ⁊ nã iu-
uat aial cũ armis in mẽbris cũ magnitudine corporis p
defenſionẽ: cũ velocitate fugienda: ⁊ aliqñ nã qñ nõ põt
cõuertere mãm in vnius generis arma cõuertit ſe ad fa
ciendũ alterius generis arma: ſicut dixit Ari. q͛ in aiali-
bus nõ habẽtib⁹ dẽtes in mãdibula ſuperiori: vel vngu-
las itegras hñt cornua: ⁊ aliqñ ponit mãm vnius forme
ſub forma maioris iuuamẽti: ſicut cũ fecit ex mã dentiũ
cornua: ſȝ qñ expãdif mã in vngulas nõ hñt cornua: qm̃
tũc vngule ille facte ſũt ad ambulãdũ: ⁊ ad arma. Et aia
libus nõ hñtibus dentes dedit iuuamẽtũ nã in rumina-
tiõe: vt ſit loco maſticatiõis: ⁊ vr̃ mihi q͛ cornua cerui nõ
ſunt pp̃e arma: qm̃ illa aliquãdo inducunt põdus illi p-
pter hoc vult illa excere: ⁊ minuta aialia habentia cornu
ſunt caprioli montani habentes oculos rubeos.

¶ Incipit liber. XIII. De interioribus animaliũ ⁊ ano-
thomia trachee artherie. Capitm̃. I.

Et ſub mãdibula ẽ iſophagus: ⁊ tra-
chea arteria: ⁊ iſophagus du-
cit nutrimẽtũ ad ſtomacũ. Et trachea du-
cit aerẽ ad cor: ⁊ pulmonẽ: ⁊ caput illius
cãne eſt epiglotis. Et loq̃mur nũc de iſo-
phago: ⁊ ſtõ bois: ⁊ dicam⁹ q͛ aial indige-
bat duobus extriſecis. ſ. aere: ⁊ nutrimẽ-
to: ⁊ iõ nã fecit vtriq: viã. ſ. tracheã aeri: ⁊ loco illius in q-
buſdã aialibus aliud: ⁊ iſophagũ ad nutrimẽtũ vl̃ qddã
loco illi⁹: ⁊ q: aer eſt res ſubtilis: ⁊ ſi trachee arterie eẽnt
cõiuncta latera ſm planũ nõ poſſet p hõ aerez dilatari:
neq: via poſſet ampliari: ſed foramẽ eẽt ſtrictũ. Sed iſo-
phagus hʒ ſufficiẽs ſibi: vt ſit ex mẽbrana: ⁊ carne: ⁊ clau
danf cũ cõiunctione ſua latera: vt teneat minorẽ locuȝ:
qm̃ min⁹ nutrimẽtũ cũ ſua põderoſitate aperit ipſuȝ: ⁊ hõ
cũ voluerit trãſire ad ſtomacũ. Et q: membra nutritiua
emittunt ex ſe odorẽ malũ ⁊ fetidũ: fecerũt pp hoc inter
ſpũalia: ⁊ nutritiua pmũ diafragma quatenus per ipſuȝ
veniret aer purus: ⁊ nõ imixtus cum illo vapore malo: ⁊
fuit ſtomacus ſubtus: q: nutrimẽtũ ẽ põderoſius q̃ȝ aer.
⁊ q: de nutrimẽto hʒ exire ſtercus: ⁊ tũc ga exigebaf: vt
pulmo eẽt ſupra: neceſſariũ fuit diafragma: ⁊ trachea ar-
teria: ⁊ epiglotis ſunt iſtrã iſpiratiõis. Et epiglotis ꝯponi
tur ex qbuſdã ptib⁹: q̃rũ q̃dã circulares ſunt: ⁊ q̃dã circu
loꝝ portiones: ⁊ vna obuiat alij. Et illa pars q̃ eſt ppin-
quior iſophõ que dr̃ nõ hñs nomẽ eſt fere medius circu-
lus. Et qd̃ de eo tãgit iſophagũ nõ eſt cartilago: ſed mẽ-
brana: ſȝ cartilago eſt anterius: ⁊ fuerũt iſte cartilagines
cũ qbuſdã ligamẽtis cooptis mẽbrana plana: ⁊ eſt ſicca
dura: ⁊ diuidif in multas ptes cũ pueñit ad cãnã pulmo
nis: ⁊ factũ eſt ex cartilaginib⁹: q: ſi eẽnt ex ptib⁹ molli-
bus clauderef aliqñ: ⁊ etiã vt magis ſit cuſtoditũ qm̃ eſt
anterius: ⁊ ſua duricies iuuat in emiſſione vocis: ⁊ cõpo-
nif ex multis lapx: vt poſſit extẽdi in hora iſpirationis: ⁊
cõiunctũ lapx cũ mẽbranis ne doleret homo in emiſſiõe
ſubita aeris: ⁊ ex multis partib⁹: vt ſi leſio accidat vni: nõ
ppter hoc trãſfundaf in vniuerſuȝ: ⁊ diminuebanf a pte
iſophagi: ne ipediret trãſitũ nutrimẽti. Et comeſtio non
cõiungif cũ iſpiratione: qm̃ claudif iſophagus cũ pertrã
ſit ad imũ bolus: ⁊ claudif via p cimbalarẽ quã narrabi
mus poſt. Et mẽbrana iterior fuit dura pp hoc q͛ nõ le-
daf a catarro acuto: ⁊ ab acumine aeris excutis. ⁊ diuide
baf in partes duas: q: pulmo fuit duarũ partiũ: ⁊ ſui ra-
mi pcedũt cũ venis nõ pulſatilibus hac de cã: vt recipiat
ſuũ nutrimẽtũ ab illis: ⁊ orificia iſtaꝝ cãnarũ ſunt ſtricta
vt ſint potẽtes dare ſpũȝ arterijs: ⁊ i illa nõ itrat ſanguis
alr̃ ne ſemp ſpueret aial ſanguinẽ: ⁊ epiglotis cõplet vo-
cẽ: ⁊ ſuſtẽtat reſpirationẽ. Et intra ipſam eſt ligua ſilis li-
gue cãne: ⁊ epiglotis hñ cõiungif cuȝ trachea artheria: ⁊
iſophago: ⁊ qñ vnũ cõſtringif ad nutrimẽtũ recipiendũ
exaltaf epiglotis ⁊ ꝯſtrigunf ſue cartilagines: ⁊ extẽdũf
mẽbrane: ⁊ muſculi. vt cooperiaf cimbalari. ⁊ qñ cibus
eſt ppinquus iſophago ſtat in ſupficie palati inferioris.
⁊ claudif epiglotis q̃ cõponif ex ptib⁹: q̃ruȝ anterior eſt
ſilis ſcuto. ⁊ interior eſt que dr̃ nomẽ nõ hñs. ⁊ ſup ipſaȝ
ponif iũctura cimbalaris. ⁊ nõ cõiungif cibalaris cũ ſcu
to. ⁊ liganf iſta lapx. ⁊ iter cimbalarẽ ⁊ nomẽ nõ hñtem
eſt cõiũctũ duplex. Et in cimbalari ſunt due ꝯcauitates
q̃s itrãt duo additamẽta nomẽ nõ hñtia. ⁊ qñ cõiungif
nomẽ nõ hñs cũ peltali cõſtringif epiglotis. ⁊ qñ dilataf-
tur: dilataf. ⁊ qñ leuaf cimbalaris emittif aer ⁊ qñ non

nõ: ꝓpe epiglotim eſt triãgulus ſimilis laude. A. litte re: iuuamẽtũ iſtius oſſis eſt: vt naſcant̃ ſuper ipſum fi la muſculorum epiglotis: epiglotis indiget muſculis quatenus peltalis ꝯiungat̃ cũ nomẽ nõ habẽte: muſcu lis cõiungentibus cimbalarẽ cũ duobꝰ: alijs diuiden tibus illa a ſe inuicẽ: muſculoꝝ aperientiũ epiglotim eſt vnũ par qd naſcit̃ ab oſſe laudali expãſum corã peltali. aliud par: qd numerat̃ iter muſculos faciẽtes ad ſtran glutionẽ: fortaſſe iuuat ad vtrũq;: naſcit̃ a furcula pe ctoris: ꝓcedit ad peltalẽ: mlta aĩalia hñt ꝑter iſta. vnũ par muſculoꝝ: aut duo: naſcunt̃ a radice cimbalaris: incuruant̃ cũ illa: qñ conſtringunt̃ eleuant̃ cimbala ris ad poſterius: aperit̃ epiglotis: aliud par cuius ter mini veniunt ad auriculas cimbalaris: iuuant ipſas ad extenſionẽ in cooperiendo epiglotim: muſculi q cõſtri gunt epiglotiꝫ illoꝝ eſt vnũ par qd venit a pte oſſis lau dalis: ꝯiungit̃ peltali: voluit ſe poſt cũ nomẽ nõ hñte: qñ cõſtringit̃ cõſtringit epiglotim. Et ꝑter iſta ſunt q̃ tuor muſculi: putãt hoĩes qd ſint duo muſculi duplati: applicant̃ cũ extremitatibꝰ peltalis: nomẽ nõ hñtis. iſti muſculi cũ cõiungunt̃ cõſtringunt epiglotim ſubtꝰ. Et dicũt hoĩes ꝙ vnũ par iſtoꝝ muſculoꝝ eſt iterius: aliud exterius: muſculi claudẽtes epiglotiꝫ erãt melio res cũ fuerint iterius: qñ cõſtringunt faciãt cõſtringi peltalẽ: nomẽ nõ habentẽ: cimbalarẽ coopire illas: ꝓpter hoc factũ eſt vnũ par naſcẽs a radice peltalis: in terius aſcẽdere ad extremitates cimbalari: radices no mẽ nõ hñtis ſunt a dextra: ſiniſtra: qñ claudunt̃ clau dũt bene epiglotim: ita fortiter: vt poſſit reſiſtere mu ſculis pectoris: diafragmatis in retinẽdo anhelitũ. Et fuerunt parui: vt nõ clauderẽt epiglotiꝫ interius opilan do ipſiuꝫ: fuerunt fortes: vt ſua diminutio recuperet̃ ꝑ fortitudinẽ: vadũt recte aſcẽdẽtes: niſi quia modicũ ob liquatur illud qd aſcendit iter peltalẽ: nomẽ non habẽ tem: iam inueniuntur duo muſculi qui ſunt ſub cimba lari: iuuant per nominatum.

Capl'm. II. De anothomia pulmonis.

Sed pulmo cõpoſitus eſt ex ptibꝰ. ſ. venis: arterijs: arterijs vocõ nõ tunicatis: tertia pars ramuli vena rũ nõ pulſatiliũ: in eo toto eſt iplẽs caro ra ra mollis parũ alba: hñt pulmonem aĩalia cõpleta: eſt rarus: vt ſugat aerẽ: vt ille di rigat̃ in cor: expellat̃ ab eo ſuũ ſupfluũ ſicut epar crea bat̃ in cõparatione ad nutrimẽtũ: eſt duarũ ptiũ. vnꝰ a dextra: alterius a ſiniſtra: pars ſiniſtra duaꝝ ptiũ: dextra triũ ptiũ. Et vl'r vtilitas pulmonis eſt iſpiratio: inſpirationis reſpirationis vtilitas quatenus atraba tur qd eſt neceſſariũ ad ſpũm: expellat̃ qd eſt ſupfluũ. Et iuuamẽtũ retẽtionis aeris eſt: vt retineat̃ aer ad opꝰ cordis cũ aĩal emittit fortẽ vocẽ: aut ambulat in aq̃: aut in loco fetido: vt ꝓfundet̃ aer in ſpũ: ſicut res que maxi me eſt ſimilis in cõplexione: ſicut putabãt qdã ꝙ etiã ſo lus aer poſſet alterari in ſpũꝫ: ſed aer eſt ante cibuꝫ ſpũs: ois eni cibus ſpũs corpis eſt ſuba cõpoſita: qꝛ vapor ſpĩ'lis q exalat de corde in pulmonẽ nõ põt de cetero re ctificare ſpũm: neceſſe eſt eius expulſio: arterie ramifi care in pulmonẽ: rami cãne cõicant in cõplemẽto iſpi rationis: vene nõ pulſatiles: pulſatiles ſunt cõicantes in cibatione pulmonis ex ſanguine claro ſubtili venienti a corde. Sed iuuamentũ huius carnis eſt ꝑꝑ cõplemen tũ vacui: vt adunet ramos cãne: rarũ eſt: vt recipiat aerã: qꝛ nõ ſolũ itrat aer ramos cãne: ſed etiã ſubas pul monis. hoc eſt vt ſit multus aer q recipiat̃: cũ ſtringi tur eius ſuba iuuat ad expulſionẽ vaporis fumoſi: tũc talis ſuba eſt ꝯueniẽs duobꝰ motibus: eſt aer albus: qꝛ aer multũ trãſit in eius nutrimentũ: qꝛ aer ſemꝑ eſt in eo: diuidit̃ in duo: ꝑꝑ qd ſcis. Et tertius ramus dextere eſt: vt ſit calcitra vene veniẽtis ab epate: nõ eſt eius iu uamentũ multũ i ſpiratione: qꝛ cor aliquãtulũ declina bat ad ſiniſtrã ꝑꝑ hoc qd ſcis: tũc neceſſarium fuit: vt in dextra ad repletionẽ vacui eſſet additamẽtũ pulmone: pulmo cooperit̃ membrana qua ſentit: pulmo eſt q̃ſi culcitra cordis.

Capl'm. III. De anothomia cordis.

Et cor fit ex carne forti: vt ſit magl re motũ ab occaſionibus: eſt cõ poſitũ ex filis lõgis que iuuãt ad attractio nẽ: circũductis que iuuãt ad expulſionẽ: trãſuerſis iuuantibus ad retẽtionẽ: h̃ eſt qꝛ hꝫ multos motus: ſua quantitas eſt ſm cõueniẽs: hoc ne ſit ponderoſũ: qñ ex ipſo naſcũt̃ ve ne pulſatiles: origo illaꝝ eſt pars ſupioris: ꝑꝑ h̃ vene cõiungent̃ cũ ſpõdilibus: eoꝝ actionibꝰ: eiꝰ extremũ acutũ ſicut ſcis: eſt in tela dura loco ſcuti: remota ẽ te la ab eius ſuba: vt multũ poſſit expandi: in eo ſunt tres vẽtres: duo magni: vnꝰ mediocris: vt in eo ſit locus in quo adunat̃ nutrimẽtũ: qd eſt ſpiſſum forte: Et alius lo cus in quo generat̃ ſpũs ex ſanguine multũ ſubtili: eſt via media iter illos. illa via ampliat̃ in dilatatiõe cor dis: cõſtringit̃ in cõſtrictione: vene ſunt ex duabus tu nicis ꝑter illa que vadit ad pulmonẽ: durior eſt iterius: qñ obuiat ꝑcuſſioni ſpũs. Et gñatio arterie eſt a pte ſini ſtra: qꝛ dextra ꝓpinquior eſt epati: trahẽs ide nutrimẽtũ. Et a pte ſiniſtra naſcunt̃ due vene: vna vadit ad pulmo nẽ. ramificat̃ in eo ad recipiẽdũ aerẽ: ad ducẽdũ ſan guinẽ quo nutrit̃: origo iſtiꝰ eſt a pte ſtrictiſſima cordis a pte a qua veniunt cordi nõ pulſatiles: eſt vniꝰ tele. vt ſit magl obediẽs motui: vt plus õ ea ex pte pl'monis de ſanguie q̃ſi vapore rubeo fere dcocto a cõde. Et ñ idẽ get iſte: vt ſit ita hñ decoctus ſicꝰ ille q vadit in hali venã: qꝛ eſt ꝓpiqua cordi: minimũ caloris facit in eo matu rationẽ: fuit vnius tele: qñ ẽt ſit ſup corpus molle: il la vena que eſt duarũ tunicaruꝫ nõ pulſatilis appropin quat pulmoni: tñ nõ tãgit pulmonẽ niſi poſt a pte ſpõ dilis: vena q̃ pulſat: ẽ vnꝰ tele diuidit̃ in iteriori pul monis: ramificat̃ in illo. Et alia vena quã dixit Ariſt. adorti ſtati in ſua origie a corde didit̃ in duo: vnũ itꝫ diuidit̃: itrat ptes cordis. ramificat̃ i circuitu cordis: alia iſtius vltimi ps circũdat cor. itrat ptẽ dextraꝫ. qd reſiduũ eſt de iſtis ramis cũ recedit̃ a corde diuidi tur in duos ramos: maior aſcẽdit. minor deſcendit. maior ad vnũ: qñ in illa pte ſunt plura mẽbra. maiora. in adorti ſunt tres pãniculi aperiẽtes ſe a dextra. qñ ſi eẽnt duo vl tres nõ eẽt cõpletũ in eis iuuamẽtũ niſi eẽt magis in q̃titate. ſi hoc accidẽret pondus in motu. ſi eẽnt q̃tuor eẽnt valde parui. Sed vena q̃ eſt duoꝝ pãni culoꝝ. aſſimilat̃ pulſantibꝰ nõ pulſans hñt duos pãni culos apientes ad itus. qñ nõ fuit ita neccia figura: ſicꝰ in priori. ſed hoc eſt opus ad expellẽdũ vaporẽ. ſanguineꝫ veniẽtẽ ad pulmonẽ. Sed ps que aſcẽdit ab adorti diui dit̃ in duo. vna ps aſcẽdit ad poſterius. vergit ad ptẽ dextrã quouſq; applicet̃ carni mamille. diuidit̃ ibi in tres ptes. duo aſcendũt. dñr apopletice. ps tertia di uidit̃ in anteriori pectoris. coſtis. in ſex ſpõdilibꝰ ſupe rioribꝰ. vadit ab eis quouſq; ꝑueniat ad piſſidẽ ſpatu le. trãſit ad mẽbra manus: minor pars adorti q̃ aſcen dit vadit ſub aſcellis. diuidit̃ ſm ꝙ diuidit̃ pars tertia ptis magne. vtraq; apopleticarũ diuidit̃ i duo cũ appli cat̃ ac colluꝫ. vna ps vadit ad anterius. alia ad poſt.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. E. MANUELE

Et anterioꝛ i duo diuidiť. vna ps venit ad liguã: ⁊ muſcu
los īferiorī mãdibule: ⁊ alia ps aſcẽdit ad auriculas: ⁊ ea
rũ muſclos: ⁊ dimittit ibi quoſdã ramos: ⁊ aſcẽdit vſqꝫ ad
ſuperius capitis: ⁊ pars poſterius diuidiť in duo: ⁊ plus
minoris ptis ad poſterius aſcẽdit: ⁊ diuidiť in muſculos
q circũdant iuncturã capitis: ⁊ ſunt eius: q̃daꝫ ps aſcẽdit
ad duas medulle: ⁊ trãſit p illõ foramẽ magnũ qđ eſt ꝓ
pe ſuture ſilis laude Λ littere: ⁊ alia ps maioꝛ itrat p fo
ramẽ ꝓpe iſtud in oſſe petroſo: ⁊ trãſit ad rete. ⁊ texiť mi
nute in illo: vt vn⁹ ram⁹ nõ poſſit accipi ſine alio. Et poſt
ex illis ramis fit iterũ vnũ par: ⁊ itrat in mẽbranã ſubti
lẽ: ⁊ ſubam medulle: ⁊ vẽtriculos medulle: ⁊ telas vẽtri
culoꝝ: ⁊ orificia ramoꝝ iſtius obuiãt orificyꝭ vena ꝝ pul
ſatiliũ: ⁊ deſcẽdẽtiũ: ⁊ iſti aſcẽſus ⁊ deſcẽſus facti ſũt: qꝛ̃
ducẽs ſanguinẽ ducit põderoſuꝫ q nãliter dſcẽdit: ⁊ aſcẽ
ſus eſt ſpũs q eſt leuis: ⁊ nãlr aſcẽdit: ⁊ illud recte factuꝫ
eſt quatenuſ īfrigideť ſanguis q̊uſqꝫ altereť ille ſanguis
in ſuba medulle. ⁊ ps q̃ deſcẽdit vadit recte q̊uſqꝫ deſcẽ
dat ſup ſpõdilẽ qntũ: ⁊ eſt ibi motuꝫ ſup qđ fundať illud
deſcẽdẽs: ⁊ hoc ne cõiungať ſup ſpõdile: ⁊ iſophagus cuꝫ
venit ad illã ptẽ obliquať vſus dexterã: ⁊ cõiungiť cum
qbuſdã mẽbranis ꝓpe diafragma: ⁊ hoc ne faciãt angu
ſtiã ibi. Et iſta vena pulſatilis cũ deſcẽdit ad ſpõdile qn
tũ: ⁊ extẽdit ſupficiẽ iterioꝛẽ: ⁊ vadit ad īferi⁹: ⁊ qñ eſt in
eqdiſtãtia pectoris dimittit ex ſe ramos: ⁊ illoꝝ qdã ſpar
gunť in pulmonẽ: ⁊ extremitates illoꝝ veniũt ad cãnas
pmonis: ⁊ ſup qđcũqꝫ ſpõdile trãſit dimittit vnũ ramũ.
Et cũ ptrãſit pect⁹ veniũt ex eo duo rami ad diafragma:
⁊ diuidũť in ea dextra ⁊ ſiniſtra: ⁊ poſt hoc dimittit vnũ
ramũ q poſt ramificať in ſtõ: epate: ⁊ ſplene. Et ab epate
deſcẽdit vn⁹ ram⁹ ad veſicã: ⁊ naſcũť ibi due vene pulſa
tiles q̃ circũdãt īteſtina gracilia: ⁊ colon: ⁊ poſt h̄ ex eis
fiũt tres: ⁊ minoꝛ vadit ad ſiniſtrũ reneꝫ: ⁊ ramificať in
cellis illis. ⁊ dat vitã. Et alij rami veniũt ad duos renes
q̊uſqꝫ renes capiãt aquã ſanguinis: ⁊ diuidunť due vene
pulſatiles que vadunt ad teſticulos: ⁊ q venit ad ſiniſtra
cõcomitať vnaꝫ ptẽ illi⁹ q venit ad reneꝫ ſiniſtrũ: ita ꝙ
foꝛtaſſe eẽt illa que venit ad teſticulũ ſiniſtrũ naſcať a re
ne ſiniſtro: ⁊ q venit ad dextrũ naſciť a vena pulſatili ma
ioꝛi: ⁊ raro cõcomitať illã que venit a rene dextro. Et ab
iſta vena diuidunť due vene que ramificanť in vijs ve
narũ q̃ ſunt in circuitu īteſtini recti: ⁊ in alios ramos qui
diuidũť in nucha: ⁊ itrãt oſſa ſpõdiliũ: ⁊ alie vene de iſtis
itrãt hipocũdria īferioꝛa tenera: q̃ a ruſticis dr̄ ilia: ⁊ de
iſtis venis eſt vnũ par ad orificiũ m̄ricis: ⁊ miſcẽt ſe cuꝫ
venis nõ pulſatilib⁹. Et iſta vena magna pulſatilis cum
venit ad vltimũ ſpõdile diuidiť in duo cũ vena non pul
ſatili in ſilitudine laude Λ lre: ⁊ vna ps vadit in dextra:
⁊ alia in ſiniſtra: ⁊ vtraqꝫ illarũ vadit ad crura: ⁊ anteq̃
deſcẽdat ad crura mittũt ex ſe venã vnã pulſatilẽ ad ve
ſicã: ⁊ iſte vene apparẽt ⁊ occurrunt ſibi ꝓpe pectinem: ⁊
iſte due vene bene apparent in creatura: ⁊ poſtq̃ cõpleta ẽ
creatura deſiccanť capita ſua: ⁊ remanẽt ſue radices: ⁊ a
ſuis radicib⁹ exeũt rami q diuidũť in muſculos q ſũt ſu
pra pectinẽ doꝛſi: ⁊ qđ venit ad veſicã diuidiť: ⁊ itrat ei⁹
extremitatẽ in ventẽ: ⁊ qđ remanet reſiduũ itrat m̄rice ꝫ
in mulierib⁹: ⁊ eſt vnũ par puũ: ſed q̃ deſcẽdũt ad pedes
ramificanť in vtroqꝫ crurũ p duos ramos magnos in p
te domeſtica ⁊ ſilueſtri. Et ſilueſtris magł dclinat ad do
meſticaꝫ: ⁊ dimittit ramos ibi i muſculos poſitos: ⁊ poſt
deſcẽdit: ⁊ declinat ex eo vnus ramus inter policẽ: ⁊ aliũ
ſequẽtẽ digitũ pedis: ⁊ pfundať: ⁊ vadit ad plures parteſ
pedis extẽſus ſub ramulis venarũ nõ pulſatiliũ q̃s noia
bimus poſt: ⁊ ita q̃dã arteria etiã ſunt que nõ cõcomitãť
nõ pulſatiles: ſicť q̃ ꝓcedũt ad epate: vſqꝫ ad pecten ante

rius ipſi⁹. Et ramulí arteriarũ q̃ trãſeũt ad ſpõdile. q. ⁊ q
aſcẽdũt ad pect⁹: ⁊ q deſcẽdũt ad ſubaſcellas: ⁊ due apo
plectice vbi ille diduť i rete: ⁊ illi q itrãt i diafragma: ⁊ q
trãſeũt ad ſpatulã cũ ſuis ramulł: ⁊ q veniũt ad ſtõꝫ: epar.
⁊ ſplenẽ: ⁊ ad iterioꝛa: ⁊ q̃ dſcẽdũt ad vtraqꝫ hypocũdria:
⁊ vene pulſatiles q̃ ſũt i oſſe adiunct. ſ. pectine ſpõdiliũ: ⁊
oẽs iſte nũerate ſũt. Et qñ pulſatilł: ⁊ ñ pulſatilł ꝯcomitãť
ſeſe: ſupra doꝛſuꝫ ibit arteria ſupra nõ pulſatilẽ: qꝛ idigu⁹
dꝫ eẽ baſis nobilioꝛis: ſed in mẽbris manifeſtis arteria
ſub vena: vt cooperiať ab illa: ⁊ vt ſit vena nõ pulſatilis
q̃ſi ſcutum: ⁊ arterie cõcomitanť nõ arterias duplici de
cã: ⁊ ẽ vna illorũ: vt cõfirmẽť nõ pulſatiles p mẽbranas
arteriarũ: quatenus qeſcãt fixe in mẽbris: ⁊ nõ vacillent:
⁊ alia cã: vt vtraqꝫ imbibať ab altera: ⁊ qꝛ epar eſt ſcđm
mẽbrũ in gnõne poſt coꝛ cũ v̄tute informatiua q̃ venit a
corde: ⁊ nobilioꝛe pte cordis. ſcꝫ dextra. iõ epar cecidit in
ſiniſtra: ⁊ declinat coꝛ parũ ad ſiniſtrã: qꝛ melioꝛ duarũ
ptiũ cordis eſt a dextra: ⁊ ab illa multũ emanat de ſua v̄t:
ſicut foꝛtis qđ capit manu dextra cõplet cũ ſiniſtra: ⁊ nõ
eſt in ea ratio de duab⁹ mẽbranis: ⁊ duob⁹ vẽtriculis vnis
⁊ qꝛ venter dexter cordis cõprehẽdit rẽ groſſaꝫ. ⁊ põde
roſaꝫ: ⁊ ſiniſtra ps rẽ groſſaꝫ: ⁊ leuẽ: adequauerũt ille p
tes: vt ꝯtinẽs ſanguinẽ groſſuꝫ eẽt tenuioꝛ q̃ alia pars: ⁊
poſt cũ fuerit ſecuritas de diſſolutione cõtinẽtis: ⁊ h̄ pp
ſpiſſitudinẽ cõtẽti: ⁊ poſuerũt vas cõtinẽs ſubtilius ma
gis anguſtũ: ⁊ adequauerũt ſanguinẽ ſuũ in medio: ⁊ hꝫ
duo additamẽta: ſicť auriculas neruales: ⁊ ille due erunt
lapꝫ cũ cõſtringiť coꝛ: ⁊ in dilatatione cordis extẽdenť:
⁊ iuuant in retẽtione ei⁹ qđ eſt in corde: ⁊ ſunt q̃ſi due ar
che recipiẽtes a vaſis: ⁊ dãtes cordi ſm ꝙ eſt oportunũs
⁊ facte ſunt tenues vt ſint melioꝛis occupationis ⁊ ꝯpre
henſionis: ⁊ ſunt facte dure: vt ſint remotioꝛes ab occa
ſionibus. Et coꝛ cibat ſe cũ ſuis v̄tutib⁹ nãlib⁹: ⁊ cũ eius
dilatatione: qꝛ̃ tũc itrat ſanguis ꝓfũde: ſicť etiã attrahit
aerẽ: ⁊ poſituꝫ eſt coꝛ in medio pectoris: qꝛ eſt ille locus
magis eq̃lis: ⁊ declinabat parũ vſus ſiniſtrã. vt elonga
reť ab epate. ⁊ tũc hẽbit locũ amplũ: ſed ſplen deſcendit
ſub illo remote: ⁊ in ſuo deſcẽſu ẽ vtilitas quã noiabim⁹.
⁊ amplificare locũ epatis fuit meli⁹ q̃ locũ ſplenis: quia
epar eſt nobili⁹. ⁊ poſuerũt coꝛ vſus ſiniſtrã ne tot⁹ caloꝛ
adunareť in vna pte. ⁊ pp adequationẽ ptis ſiniſtre: qꝛ̃
ſplẽ nõ eſt multũ calidũ. Et ne fieret anguſtia vene ma
gne. Et aial maioꝛis cordis erit maioꝛis timoris: ſicť lep⁹:
⁊ ceru⁹ cui⁹ cãm aſſignaui in canone: qꝛ in eis caloꝛ pau
cus ⁊ multũ expãdiť: e ꝯ̃rio eſt in paruo corde: ſꝫ dico ꝙ
tũc audax quãto eſt plus audax tãto eſt minoris cordis.
⁊ dixi: qꝛ coꝛ nõ põt apa pati: aut īfirmitatẽ: ⁊ pp h̄ nũq̃
in ſtrãgulatione aialis inueniť in eius corde infirmitas
ſimilis infirmitatibus alioꝛũ membroꝛũ.

¶ Capłm. IIII. De anothomia iſophagi.

ET iſophagus cõponiť ex carne. ⁊ tunicł mẽbranali
bus q̃ ſunt interi⁹: ⁊ in mẽbranis ſunt fila lõ
ga qb⁹ leuioꝛ fiat attractio in trãſglutiendo:
qꝛ tu ſcis ꝙ attractio fit p fila lõga cũ cõſtri
gunť: ⁊ ſup iſtã mẽbranã ẽ alia mẽbrana cõ
texta ex multis filis in circuitu q̃ iuuãt ad expulſionẽ: ſicť
tu ſcis. ⁊ cũ opatione duarũ iſtarũ tunicaꝝ cõpleť trãſ
glutio. ⁊ eſt grauis trãſglutio i illo: cui⁹ iſophagus ſcidiť
in lõgũ: qꝛ auferť attractio illius qđ iuuat ad vomitũ. ⁊
vomitus cõplet ſe cũ tunica exterioꝛi ſolũ. ⁊ iõ eſt diffici
lioꝛ trãſglutio. ⁊ ei⁹ locus eſt directe ſup ſpõdilia colli in
rectitudine pp cuſtodiã. ⁊ decurrit cũ eo par neruoꝝ de
ſcẽdẽtiũ a medulla. Et qñ fuerit i directo ſpõdili q̊rti. ex
ſpõdilibus doꝛſi. qđ eſt in directo pectoris. ⁊ ptrãſiuerit

ipſm:paruꝫ declinat ad dexterā. vt det viā venienti vene in
aſcēſu ad caput vene:dico arteriali:⁊ poſt decurrit ſup
q̃ttuor ſpōdilia reſidua q̄uſq; veniat ad diafragma:⁊ li/
get cū eo ligamēto facili:⁊ laxo:⁊ h̄ vt p̄ſtetur via vene
magne:ne eiꝰ trāſitus anguſtet̃. Et vt ſit deſcēſus neruo/
rū cū eo ligamēto hn̄s tortuoſitatē:ne cū ſtōus eēt pōde
roſus grauaret̃ ex nimia deſcēſione ſm rectū. deide dila
tat̃ ſm diafragma:⁊ diſtendit̃ ampliando orificiū ſtōi.

Capl̃m. V. De anothomia ſtomaci.

ET poſt iſophagū eſt corpꝰ ſtōi:⁊ crea/
tū eſt orificiū ſtōi ampliꝰ:⁊ du
riꝰ in mēbrana q̃ꝫ iferiꝰ orificiū ſtōi:⁊ ſtōus
iter illas eſt mediū in nā q̄ ad mēbranas ite
riores:⁊ mollior mēbrana penes fundū ſtōi:
⁊ iteſtinis eſt magis mollis:⁊ eſt vnꝰ pānicu
lus ꝯcauꝰ coopiēs liguā:⁊ os iteriꝰ iſophagi:⁊ iuuet attra
ctionē in ſui ꝯcauitate:⁊ maxie i eleuādo epiglotī cuꝫ hꝫ
trāſire bolus:⁊ i trāſitu plano cū iſophagꝰ retrahet̃ p de/
ſideriū. Et iſophagꝰ ē de ſuba ſtōi. ſꝫ nō cū iteſtina ſit:ſed
res ꝯtinuata cū illa:⁊ cōpꝰ ſtōi qḋ ſit pyramidale i aſcēſu
eiꝰ ſurſuz v̄ſus iſophagū i occurſu ad diafragma:⁊ ſtōus
amplia͂t in pylleron:qm̄ recipiēs dꝫ eē magis ampluꝫ:⁊
ſtōus rotūdus eſt q̄uſq; ſm ſupficiē exteriorē meliꝰ ap/
plicet̃ dorſo:⁊ eſt duarū tunicaꝝ:q̃rū iterior tunica eſt fi
loꝝ lōgoꝝ pp attractionē:ſicꝰ ſcis:⁊ exterioris fila ſunt in
circuitu pp expulſionē:⁊ facta ſūt fila illa exteriꝰ:qm̄ pei
us eſt attrahere q̃ꝫ expellere:⁊ expellere cōplet̃ p cōſtri/
ctionē:⁊ cū tunica exteriori imiſcēt̃ q̄dā fila q̄ iuuant ad
retētionē. Et fundus ſtōi eſt carnoſus:vt ſit magis calꝫ.
igit̃ eſt magl decoquēs:⁊ eiꝰ orificiū eſt magis neruoſuꝫ:
vt ſit magis ſentiēs:⁊ veniūt ei a medulla magni nerui:
vt pcipiat famē:⁊ inanitionēꝫ:⁊ nō eſt opꝰ h̄ oī ei qḋ ſeꝰ.
tūc orificiū:⁊ ſtōus nō hꝫ opꝰ ſenſu niſi vt cū aufert̃ ab
eo nutrimētū expgefaciat aiaꝫ:⁊ tē cū orificiū ſentit iſtḋ
nō eſt opꝰ ſenſu i iferiori pte orificij. Et ſtōus decoqt ca/
lore nāli:⁊ calore extrīſecoꝝ:vt epate ⁊ ſplene:⁊ hn̄ ſunt
iſta ſub ſtō:qm̄ ſi iſta eēnt ſupra nimiū pōderarēt ſupra
ſtōm:⁊ epar cū ſuis ramis ambit ſtōm:⁊ ſplen cū ſua am
plitudine. Et epar fuit magnū reſpectu ſplenis:qm̄ ſplen
nō eſt niſi receptaculū vniꝰ qḋ fit in epate:⁊ pp h̄ cōue/
nit:vt eiꝰ orificiū declinet ad ſiniſtrā:vt epar hēat ampli
tudinē:⁊ pp h̄ fundus ꝯiungit̃ cū epate:⁊ vt ſplen hēat
amplitudinē declinauit eiꝰ orificiū v̄ſus ſiniſtrā iferius:
⁊ q2 melior eſt ps dextra:⁊ altior:iō epar eſt in dextro:⁊
in alto:⁊ q2 ſiniſtra:⁊ imū ſunt peiora:iō ſplē in imo:⁊ ſi/
niſtro erat. Et iā pter hoc additus eſt ꝣirbus:⁊ ꝓprie ſup
iteſtina hoīuꝫ:q2 magl idigēt decoctione:qm̄ ſunt plus
debilia in cōparatione alioꝝ aīaliū:⁊ factꝰ eſt ſubtilis:vt
ſit leuis ſupra vētrē:⁊ eſt ſepoſus:vt cuſtodiat calorē ab
iteriori:qm̄ ſepū recipit calorē:⁊ retinet pp ſuā viſcoſita/
tē groſſaꝫ:⁊ ſup ꝣirbū eſt ꝓpe mēbrana q̄dā. Et poſt mi/
rach.⁊ poſt muſculi vētris:⁊ ligamēta:⁊ ſepuꝫ:⁊ a poſte/
riori eſt dorſuꝫ:⁊ ſub eo vena magna arterialis calida:ſꝫ
mēbrana q̄ coopit oīa iteriora nutritiua cōſtringit:⁊ cō/
ſtringit ea ad iteriꝰ v̄ſus ptes dorſi ad q̄s tēdit:⁊ ꝯtinuat
ſuū ſuperiꝰ cū diafragmate:⁊ iferiꝰ ſuū cū anchis.ſ.in fi/
ne hipocūdrioꝝ que dr̄r a vulgo ylia:⁊ huius mēbrane
fuit iuuamētū quouſq; diſtigueret iter mirach.⁊ iteſtina
⁊ h̄ ne muſculi mirach ipedirēt opationes vētris:⁊ iuua
mētū eſt in mirach:vt cōſtringat ſtōm ad eyciēdū ſter/
cus. Et ſilr veſicā ad eyciēdū vrinā:⁊ ad eyciēdas vēto/
ſitates iteſtinoꝝ.⁊ iuuat ſup mēcē in creatura eyciendā
⁊ mēbrana p̄dicta ligat inteſtina oīa itra ſe:⁊ ligat ea cuꝫ
dorſo:⁊ erunt ēt cū dorſo:q̄ſi vnū:⁊ qn̄ eiꝰ capita ꝯtinuāt̃
cū capitibꝰ diafragmatis:⁊ ipm ꝯtinuat̃ cū diafragmate
anterius:tūc de diafragmate corā dorſo naſcit̃ q̄dā re/
ſiduū mēbrane:⁊ diuidit̃ in duas ptes:⁊ vna ps ꝓcedit
ad orificiū ſtōi manifeſtū:⁊ alia ps ſub:iſte due ptes cō/
iungunt̃ in vnū ſifac. Et illud cooperit ſtōm:⁊ inoluit ipꝫ
tutela carnali ſifac ſtōi:⁊ in h̄ eſt eiꝰ iuuamētū:⁊ ligat ſtōꝫ
cū iterioribꝰ q̄ ſūt iteriꝰ i facie dorſi:⁊ a reſiduo duarū p̄/
dictarū ptiū ⁊ ab imo ramo venaꝝ pl̄ſatiliū:⁊ alio ri pul
ſatiliū q̄ extēdit̃ ſupra ſtōꝫ:⁊ eſt origo ꝣirbi:ꝣirbi dico cō/
poſiti ex duabꝰ telis ſubtilibꝰ:⁊ ſepoſis:⁊ ꝣirbꝰ cooperit
ſtōm:⁊ iteſtina:⁊ ſplen:⁊ venas meſaraicas:⁊ inoluit ſtōꝫ
inolutiōe q̄ pueniū ad illud qḋ cōiungit̃ de eo cū dorſo.

Capl̃m. VI. De anothomia iteſtinoꝝ.

INteſtina aūt ſunt multa:⁊ ſūt circūuo/
luta:q̄dā q̄tenꝰ faceret morā
nutrimētū in eis q̄uſq; epar ſumat ſibi nec̃ia.
alr enī ſemper appeteret hō comedere ſi hr̄et
vnicū iteſtinū:⁊ hoc q2 exiret continue nutri/
mētū:⁊ ꝯtinuo egereret:⁊ eēt ipeditꝰ i opationibꝰ ſibi ne
ceſſarijs:⁊ in alijs ꝯuenientibꝰ ad vitā:⁊ eēt hō ſilis bru/
tis:qm̄ vene meſeraice ſugūt de ſtō:⁊ nō ſugūt ad cōple/
tū:igeniatꝰ eſt creator gracilia iteſtina:⁊ inoluta in ſe q̄te
nus in ipſis diuideret̃ nutrimētū in tā puas pticulas:q
nō eēt venis meſeraicis graue qḋ eēt eis cōueniēs:ita q
illud p̄ma meſeraica dimittāt de ſubtiliori illius ſugerēt
ſubſequaces vene:⁊ nūerus iteſtinoꝝ eſt ſex. Et p̄mū eſt
duodenū qḋ eſt iteſtinū rectū. deide ipſuꝫ ſubſequēs ē ie
iunū:poſtea ſequūt̃ gracilia iteſtina inoluta i ſe:poſt ipſa
ſequit̃ ſaccus ⁊ poſt ſaccū ſeqt̃ colon:⁊ poſtea longaon:⁊
oīa iſta cōiūcta ſunt cuꝫ dorſo:⁊ ligamētis hn̄ cōſtringē/
tibꝰ ea ſm q ꝯuenit ſitui coꝝ:⁊ ſupiora coꝝ ſunt facta te
nuiora:qm̄ ꝯtētū in eis ē hūidius:⁊ nō hn̄t v̄tutē ſcandē/
di:⁊ nec̃iuꝫ eſt qḋ ꝯtinet ipſuꝫ ſit tenue:vt melius ad ip/
ſuꝫ veniat v̄tus epatis:⁊ iferiora iteſtina q̄ ſunt pāniculi
ſpiſſi:⁊ dura icipiūt ab orto:⁊ ſunt ſepoſa iteriꝰ q̄tenus re
primāt ſiccitatē ſtercoris:⁊ adequēt ipꝫ quouſq; poſſint
exire ne ex ſui ſiccitate poſſit ibi remanere. Et pp h̄ ſter/
cus nō putreſcit niſi ex putrefactione in ipſo:ſupiora aūt
nō ſunt ſepoſa:tn̄ nō ſunt ſine vnctuoſitate leui cū humi
ditate viſcoſa:⁊ illud ē loco ſepi in alijs. Et iteſtinū duo/
denū cōtinuat̃ cū fundo ſtōi:⁊ eiꝰ orificiū eſt orificiū ſtōi:
⁊ eſt in directo yſophagi:⁊ ſic̃ iſophagus eſt ad attrahen/
dū aliqd ſtō:ita ⁊ iſtud iteſtinū eſt ad attrahendū a ſtō:⁊
ſtrictiꝰ eſt iſophago:qm̄ nō fuit nec̃ia eiꝰ amplitudo:am/
plitudo enī iſophagi:⁊ ſic̃ iſophagus eſt pp duo:⁊ vnū ē.
qm̄ illud qḋ decurrit itra ipm eſt duriꝰ:⁊ aſperius.⁊ ma/
ioris corpis.⁊ qḋ currit itra iſtud iteſtinū eſt leuiꝰ:⁊ mol
lius:⁊ minoris corpulētie:qm̄ decoctū eſt in ſtō. Et ſcḋa
cā eſt:qm̄ id qḋ decurrit p iſophagū nō decurrit niſi per
vnā v̄tutē.ſ.p v̄tutē attractiuā.⁊ iō factū fuit amplū.ſed
duodenū opat̃ p duas v̄tutes:⁊ vna illarū eſt v̄tus expul
ſiua in ſtō.⁊ altera attractiua in iteſtino duodeno.⁊ iuuā
tur iſta p maſſaꝫ q̄ exit a ſtō.⁊ hoc in itinere mediocri.⁊
creabat̃ iſtud iteſtinū rectū deſcēdēs a ſtō in rectitudīe
ad iferiꝰ.vt ſit ꝓpe ipulſio facilis.qm̄ ſi p̄mū eēt tortuo/
ſuꝫ ipediret expulſionē.⁊ talis figura p̄ſtabat in alio.⁊ il
lud eſt:qm̄ cū p̄cedit in rectitudine his que circūdāt ſtōꝫ
ſicut ſplē.⁊ epar:poſt illud aūt ſequet̃ ieiunū:⁊ in iſto ite/
ſtino icipit inolutio:⁊ iuenit̃ ieiunū vacuū duplici d̄ cau
ſa. vnū eſt:q2 maſſa ptiſanaria cū venit ad ipſuꝫ ſtatiꝫ fe
ſtinabat ad exitū.⁊ pars illiꝰ feſtinat p attractionem ad
epar.qm̄ plus de meſeraicis venis cōiungit̃ cū ipſo epa/
te.qm̄ iſtud iteſtinū ꝓpiquius cōiūgit̃ cū epate.⁊ qḋ re/
ſiduū eſt deſcēdit ad alia iteſtina.⁊ h̄ pp colerā q̄ vadit
ad ciſtiꝫ fellis ad iſtud inteſtinuꝫ. Et eſt illa colera pura
clara nō mixta cū alio humore.⁊ tūc erit illa fortis abla

tionis:ꝛ abſterſionis.ꝛ excitat vtutē expulſiuā ꝑ punctu
ras ꝛ iuuat vtutē expulſiuā duplici mō:tum vt expellat
ad epar:tū vt expellat ad iferius:ꝑꝑ iſtā expulſionē acci
dit ꝙ illud iteſtinū remanet vacuū.Et poſt illud iteſti
nū ſequiꝰ iteſtinū iuolutū:qḋ vocaꝰ gracilia inteſtina:ꝛ
iā expoſuimus iuuamētū ſue iuolutiōis. Et digeſtio ma
gis cōpleꝰ in iſto ꝙ̄ in iferioꝛibꝰ:ꝛ iferius iteſtinū hꝫ
ſuā ꝑncipalē operationē vt cōpleaꝰ in ea ſtercus:ꝛ tamē
nō deficit qn in ea ſit aliq̄ digeſtio:ſicut nec deficit a ve
nis meſeraicis venientibꝰ ad ipm ab epate:ꝛ illud ē vniꝰ
oꝛificij:ꝛ vocaꝰ cecū:ꝛ ſitus eiꝰ eſt verſus poſt:ꝛ declinat
vſus dexterā:ꝛ vnū ſuoꝝ iuuamentoꝝ eſt:vt vnū illoꝝ
eſt q̊uſq̧ claudaꝰ in eo ſtercus:ne continuo egeraꝰ hoc:
cū modicū de ſtercoꝛe deſcēdat ad iteſtina:ꝛ illud iteſti
nū ꝯſtringet ſuū oꝛificiū claudēdo ſtercus q̊uſq̧ cōplea
tur in ipſo:ꝛ tūc eijcit ipſuꝫ de faucibus:ꝛ etiā iuuamētū
eſt:qm ꝑma alteratio eſt ad ſtercus in iſto ꝑ cōpletā ſuc
cionē epatis ab ipſo:ꝛ nō pōt fieri diuiſio cibi a ſtercoꝛe
ꝙ̄ in iſto:ꝛ tūc ſua cōꝑatio erit ad iteſtina iferioꝛa:q̄ eſt
cōꝑatio ſtomaci ad iteſtina ſuꝑioꝛa.Et qm fuit neceſſa
riū ꝙ cōplete ſugeret epar ſubtilitatē fecis ab ipſo iteſti
no:tūc erat ſufficiēs vnū oꝛificiū huic inteſtino:qm ſuus
ſitus nō ſm lōgitudinē eſt in coꝛꝑe ſicut ſitus ſtōi:ſꝫ fuit
ſitus in ꝑte angulari verſus dexterā ꝛ iuuamētū eius eſt
ꝙ quieſcāt in eo ſuꝑfluitates:que ſi deambularēt i alijs
iteſtinis:dū ibi geſcerent timereꝰ de nimia vētoſitate.ꝛ
etiā cū ibi adunaꝰ ſtercus facilius expelliꝰ cū eſt aduna
tū:ꝙ̄ ſi eēt ꝑ plura loca diuiſuꝫ:ꝛ iuuamētū etiā illius eſt
q̊uſq̧ in eo moꝛenꝰ lūbrici ꝛ aſcarides:qm raro vł nūꝙ̄
iueniꝰ coꝛpꝰ ſine eis:ꝛ iuuamētū etiā eſt in gnōne iſtoꝝ
lūbricoꝝ in coꝛꝑe cū fuerint pauci ꝛ modici coꝛpoꝛis.Et
Et cū iſto cōtinuaꝰ colon:ꝛ eſt inteſtinū ſeꝑoſiuꝫ ꝛ angu
ſtū ꝛ ſpiſſuꝫ:ꝛ cū fuerit elōgatū ab oꝛbo declinaꝰ verſus
ꝑtē dexterā vt approꝑinquet epati.Et poſtea declinat ver
ſus ſiniſtrā:ꝛ cū fuerit in ſiniſtra declinabit vſus dextrā:
ꝛ in poſterioꝛi ſemꝑ deſcēdēdo quouſq̧ cōtinuaꝰ cū lon
gaone:ꝛ iuuamētū in hoc iteſtino fuit:vt in eo ꝯgregare
tur ſtercus:ꝛ deſcēderet ꝑ ipſuꝫ gradati poſtꝙ̄ fuerit cō
pleta iſta ſuꝑfluitas:ꝛ ſi aliqḋ huiditat fuerit in ipſo ci
babit illud inteſtinū:ꝛ in iſto accidit colica paſſio vt fre
quētius:ꝛ inde deriuabaꝰ ſuū nomē.Sequeꝰ lōgaon in
rectitudine:ꝛ eſt vltimū iteſtinoꝝ ꝛ cōtinuaꝰ iferioꝛi co
lonis:ꝛ cōiūgiꝰ cū ano.Et iuuamētū hꝰ iteſtini ē vt eijciat
ſtercus:ꝛ creati ſunt ei q̄tuoꝛ muſculi:ꝛ vnus illoꝝ mu
ſculoꝝ eſt cōiunctus inferioꝛi oꝛificio ſtōi.Et pꝛofundaꝰ
in eo ꝑfundatione vehemēti:ꝛ eius iuuamentū eſt con
ſtringere anū:ꝛ iuuat ad eijciendū illud qḋ remanſit de
ſtercoꝛe ꝑ ꝯſtrictionē:ꝛ eſt alter interius:ꝛ eſt eq̄lis pre
dicto in retētione ex oī ꝑte:ꝛ iuuat ꝑdictū muſculū in re
tentione:ꝛ in fecis expulſione ꝑ cōſtrictionē:ꝛ extremi
tates muſculoꝝ iſtoꝝ cōiunguntꝰ cū radice virge:ꝛ illḋ
par poniꝰ ꝑdictoꝝ muſculoꝝ:q̄tuoꝛ veniūt ad lōgaonē
cōiuncti cū eo ex trāſuerſo:ꝛ eoꝝ iuuamētū eſt vt eleuēt
nates:ꝛ cū cōtrahunꝰ extēdunt anū:ꝛ creatuꝫ fuit illud
iteſtinū rectū quouſq̧ eēt habilius ad eijciendū ſtercus.
Et muſculi iuuātes ad expulſionē in ipſo nō ſunt:ſꝫ ſunt
in mirach vētris:ꝛ ſunt.8.Et iſte ſermo ſufficiat de iuua
mēto in iteſtinis.Et nullū iteſtinū ꝯiungiꝰ cū muſculo:
nec in aliq̄ via nutrimēti:niſi due extremitates viarum
.ſ.epiglotis ꝛ extremitas lōgaonis.Et dictū ē de muſcu
lis.Et nūc dicamus de muſculis ani:ꝛ ſūt q̄tuoꝛ:ꝛ ē vnꝰ
qui tenet eius oꝛificiuꝫ ꝛ ꝑfundaꝰ in ipſo ꝑfundatione
vehemēti:ꝛ iſta ꝑfundatio huiꝰ muſculi aſſimilaꝰ ꝑfun
dationi muſculi labij oꝛis:ꝛ iſte muſculus cōſtringit oꝛi
ficiū ani:ꝛ mūdificat ipſuꝫ de reſiduo fecis:ꝛ muſculi iſti

ponunꝰ iterius:ꝛ iterius eſt plus vſus ſurſuꝫ in rectitudi
ne ad caput hoīs:ꝛ putaꝰ ꝙ hꝫ duas extremitates:ꝛ pu
taꝰ ꝙ ſua extremitas ꝯtinuaꝰ cū radice virge:ꝛ eſt verū.
ꝛ eſt aliqḋ par obliquatū ſuꝑ totū.Et iuuamentū eius ē
ꝙ eleuat anū in ſurſuꝫ:ꝛ qn exit anus:hoc eſt ꝑpter lexa
tionem iſtorum muſculorum.

Capꝫ. VII. De anothomia epatꝭ ꝛ venaꝝ ñ pulſatiliū.

Epar aūt eſt mēbꝛū in q̄ gñaꝰ ſanguis
licꝫ ēt meſaraica hēat vtutē alte
rādi aliq̄ mō ſanguinē:qm in ea eſt vtus de
currēs ab epate:ꝛ epar eſt caro rubea quaſi
ſanguis coagulatꝰ:ꝛ illa ē vacua a neruoſita
te:ꝛ in ea ſpargunꝰ vene:q̄ꝝ q̄dā q̄ ſunt groſſioꝛes:ſunt
radices gracilioꝝ que ſpargunꝰ in eo.Et iſte vene ſunt a
ſtō:ꝛ iteſtinis mediātibꝰ ramis venientibꝰ a cima epatꝭ:
ꝛ id qḋ eſt de eo vſus diafragma declinabat ab eo ne ipe
direꝰ motꝰ diafragmatis:ꝛ erit cōtractus illoꝝ gracilium
q̄ſi in pūcto:quouſq̧ occupatio epatis a coſtis icuruatis
ſuꝑ ipſum:ꝛ eſt ſuꝑ ipm mēbꝛana neruoſa q̄ ꝑbet ei iuua
mētū in ſenſu ꝛ cōfirmat ipm cū alijs iterioꝛibꝰ:ꝛ ad ipꝫ
venit vena pulſatilis q̄ ſpargiꝰ in eo ꝑſtans ſibi caloꝛeꝫ:
ꝛ reducēs ipm ad tēꝑerantiā:ꝛ poniꝰ ad ꝑteꝫ ſyme:qm
gibbus ex ꝑte diafragmatis euētat ſe ꝛ caleſit.Et in epa
te nō creaꝰ locus amplius ad gnōneꝫ ſanguinis a maſſa.
Sed plura loca ſtō q̊uſq̧ diuiſa mā magis feſtinet eius
alteratio.Et vene q̄ ſūt ꝑpingoꝛes epatꝭ ſunt ſubtilioꝛis
tele q̊teñꝰ magis feſtinat in eis alteratio māe ad carno
ſitatē.Sꝫ mēbꝛana q̄ cōꝑhēdit epar ligat ipſuꝫ cū mem
brana que cooperit ſtōm ꝛ iteſtina. Et ligat ēt ipm cum
diafragmate ligamēto foꝛti:ꝛ cū lateribꝰ poſterioꝛibꝰ ligat
ipꝫ cū ligamēto foꝛti ꝑuo ꝛ gracili.ꝛ ꝯtinuaꝰ cuꝫ coꝛde ꝑ
venā magnā:ꝛ illa vena firmaꝰ cū epate ligamēto foꝛti:
qḋ ē mēbꝛana dura ꝛ ſpiſſa:q̄ aſcēdēs ex ſurſuꝫ ab epate
dimittit ſe:id qḋ ſubtiliꝰ ē eo ē i ſuba epatꝭ. Et hꝫ qm eſt
in epate in loco ſecurioꝛi.Et ab epate naſcunꝰ due vene.
Una apḋ ſymā:cꝰ iuuamētū eſt attrahere nutrimentū ꝛ
deferre. A gibbo naſciꝰ vena ꝯcaua:cꝰ iuuamētū ē defer
re nutrimētū ad mēbꝛa.Et anothomia ſyme ē q̄ diuidiꝰ
in.5.ramos ꝑcedētes ad.5.pilas epatꝭ gibboſas:ꝛ ab eis
ꝑcedit q̄dā vena ñ pulſatiłꝰ vſq̧ ad ciſtiꝫ fellꝭ:ꝛ iſti rami
ſꝰ.q.radices arboꝛꝭ:ſꝫ extremitas diuiꝰ i.8.ꝑtes:ꝛ due il
laꝝ ſꝰ graciles:ꝛ alie ſex ſꝰ maioꝛes:ꝛ vna ꝑs minoꝝ ꝯiū
giꝰ cū duodeno vt ſugat ex eo:ꝛ ab illo ramificaꝰ qḋdaꝫ
qḋ vadit ad cōpꝰ:qḋ dꝰ archacaeꝫ.ꝛ 2ª ꝑs neruoꝝ vadit
ad fūduꝫ ſtōi.ſ.ad poꝛtonariū:vt ēt ſugat. Sꝫ ſex q̄ ſꝰ re
ſidua:vna ꝑs illoꝝ ē ad ꝑtē ſuꝑficialē ſtōi:vt det ei nu
trimētū:qm iterioꝛ ꝑs obuiat nutrimēto ꝑ:ꝛ ſugit ex eo.Et
2ª ꝑs vadit ad ſplenē vt det ei nutrimētū:ꝛ anꝙ̄ veniat
ad ſplenē ramificaꝰ ꝑ ramos ꝑ q̊s defert nutrimētuꝫ ad
cōpꝰ:ꝛ qḋ dꝰ anchari ō ſubtilioꝛi qḋ vadit ad ſplenē nūc.
Et poſtꝙ̄ iſta ꝑs venit ad ſplenē ramificat vnū ramū ho
ne q̄titatꝭ q vadit ad ſiniſtrū latꝰ ſtōi deferens ei nutri
mētū:ꝛ poſtꝙ̄ ꝑfūdata fuerit iſta vena in ſplene vſq̧ ad
eiꝰ mediū diuiꝰ ꝑ ramos:q̊ꝝ vnꝰ ramꝰ dſcēdit:ꝛ alter ra
mus aſcēdit:ꝛ aſcēdēs diuiꝰ i ramos i ſuꝑioꝛi medietate
ſtōi dās ei nutrimētū.Et aª ꝑs vadit ad ipꝫ ſplenē dās ei
nutrimꝰ.Et aª ꝑs vadit ad gibboſitatē ſtōi:ꝛ diuiꝰ i duo
ꝛ vnū illoꝝ diuiꝰ i duo:ꝛ vnū illoꝝ nutrit ſiniſtrū latꝰ:ꝛ
alꝰ dextrū melīꝫ ad oꝛificiū ſtōi dās ei appetitū.Sꝫ ꝑdi
cta ꝑs q̄ dicebaꝰ deſcēdeꝰ ramificaꝰ i duas ꝑtes.Et vna
ꝑs ramificaꝰ i medietatē iferioꝛē dans ei nutrimētū. Et
alia ꝑs vadit ad çirbū:ꝛ ramificaꝰ in ipſo dans ei nutri
mētū.Et 3ª ꝑs ꝑdictaꝝ.6.vadit ad ſiniſtrū latꝰ ꝛ diuidiꝰ
in vijs venaꝝ q̄ ſūt i circuitu iteſtini recti:ꝑꝑ hoc etiā ſi
aliqḋ remāſerit in nutrimēto.Et q̄rta pars diuidiꝰ quaſi

in ramos capillares q̄ veniunt ad partē ſtomaci appoſitā
illi pti cui aduenit ramificatio a ſplene. ⁊ pars illoꝝ va-
dit ad dextrā ptē zirbi: ⁊ diuidit̃ in eo ex oppoſito diuiſio
ni q̄ venit a ſplene. Et qnta ps p̄dictoꝝ .6. diuidit̃ in ptes
q̄ circūſtāt collū vt ſugat nutrimētū in eis. Et .6ª pars de
eo vadit in circuitu ieiuni: ⁊ reſiduū vadit ad iteſtina gra
cilia q̄ ſunt ꝯiūcta orbo: ⁊ vena eius ꝯcaua: ⁊ ei⁹ radix di-
uidit̃ in ptes in ipſa ſuba epatis qua ptes ſunt capillares
⁊ hoc vt ſugāt nutrimētū: ⁊ ramificat̃ iſta ꝯcaua in gibbo
in duas ptes: vna aſcēdit ⁊ altera deſcēdit. Et q̄ aſcēdit pe
netrat diafragma ⁊ dimittit in ipſo duas venas: q̄ due ve
ne ramificant̃ in ipſo: ⁊ reſiduū ab eo deſcēdit in directo
mēbrane cordis: ⁊ mittit ex ſe multos ramos q̄ſi capilla-
res in ipſo dātes nutrimētū. ⁊ poſtea ramificat̃ in duas
ptes. Et vna ps illaꝝ magna venit ad cor. ⁊ trāſit in ipm
in dextra auricula ei⁹: ⁊ iſta vena ē maior oībus alijs ve-
niētibus ad cor: q2 alie vene ducūt aerē. Et iſta vena du-
cit nutrimētū qḋ eſt ſpiſſius: iō neceſſariū fuit vt deferret̃
in vaſe ampliori. Et in iſta vena cū itrat cor ſūt ei tres pā
niculi ad ſuū itroitū. q. aperiant̃ iterius ⁊ claudūt viam
ne in extēſiōe a corde reuertat̃ nutrimētū: ⁊ ſunt iſti pā-
niculi duriores alijs: ⁊ iſta vena pulſatilis q̄ñ eſt i directo
cordis ramificat̃ p tres venas: ⁊ vna illaꝝ venaꝝ vadit
ad pulmonē: ⁊ naſcit̃ ab eo loco i quo naſcunt̃ pulſatiles
ꝑpe ſiniſtrū: ⁊ obligat̃ v̄ſus dextrā: ⁊ hꝫ duos pāniculos:
⁊ iō vocat̃ vena arterialis nō pulſatilis: ⁊ iuuamētū pul-
mū iſti⁹ duplex eſt ne ſudet ab ipſo ſanguis ſubtilis ⁊ acu
tus pp ſubaꝫ pulmonis: ⁊ q2 eſt ꝓpīnquior cordi: ⁊ iſte ſan-
guis nō eſt bñ coctus. ſicut ſanguis ille q̄ eſt in vena: ⁊ ar-
teria eſt: ⁊ nō appet arteria: ⁊ iuuamētū iſti⁹ duplicatiōis
eſt. vt in ea bñ decoquat̃ ſanguis. Et ps ſcḋa p̄dictaꝝ tri-
uꝫ circūdat cor ⁊ ꝓfundat̃ in ipſo dās ei nutrimētū prope
auriculā dextrā ⁊ ꝑpe locū ⁊ vene duplicis in eo. Et pars
tertia ꝓpṫe in hoībus declinat ad ptē ſiniſtrā: ⁊ deſcēdit
vſqꝫ ad ſpōdile .5ᵐ ⁊ ſuſtētat̃ ſup ipꝫ: ⁊ ramificat̃ ſup octo
coſtas iferiores: ⁊ ſup muſculos ⁊ alias carnoſitates que
ſunt in ꝓpīnquo illaꝝ: ſꝫ qḋ de vena ꝯcaua p̄ter p̄dictas
ptes in directo cordis fuerit reſiduū aſcēdit ⁊ ramificat̃
in diafragmate qḋ diuidit pectus in duo. ⁊ mittit quoſdā
ramos ad ptē carnoſaꝫ q̄ d̄r maꝝ. Et cū ꝑuenit ꝑpe liga-
mētū pectoris obliquant̃: ⁊ q̄to magis recedūt: magis ſe
parant̃ in ſe: ⁊ vtraqꝫ illaꝝ ramificat̃ in duo. ⁊ vnū illoꝝ
duoꝝ vadit ad vnā ptē hoīs: ⁊ aliud ad aliam: ⁊ vadit de
iſtis ramis p dextrā ⁊ ſiniſtrā ptē pectoris quouſqꝫ ꝑue-
niat ad os qḋ d̄r augen. Et vna ps iſtoꝝ vadit ad muſcu
los q̄ mouet muſculos: ⁊ ramificat̃ in eis. Et alia ps de-
ſcēdit ad muſculū rectū: ⁊ ramificat̃ in eo: ⁊ ꝯiūgūtur ex-
tremitates ei⁹ cū vena pectoris dorſi. Et qḋ remanſit ex
quolꝫ illoꝝ eſt vnū par. ⁊ qḋlꝫ illoꝝ ramificat̃ p .5. ⁊ vn⁹
ramus diuidit̃ in pectore ⁊ dat nutrimētū q̄ttuor ſpondi
libus ſupioribus. ⁊ alius ramus dat nutrimētū ſpatulari
loco. Et alius ramus dat nutrimētū muſculis q̄ ſūt i col-
lo. Et alius ex eis penetrat p foramē ſex ſpōdiliū ſupioꝝ
q̄ ſunt in collo. q̄ penetrāt vſqꝫ ad caput. Et alius ramus
magn⁹ q̄ ē maior alijs diuidit̃ ad ſubaſcellas: ⁊ fiūt ex eo
q̄ttuor rami. Et p̄mus ramus diuidit̃ in muſculos q̄ ſūt i
iferiori pectoris: ⁊ ſūt q̄ mouēt ſpatulā. Et ſcḋs diuidit̃ in
carnē rarā ⁊ telas q̄ ſunt in ſubaſcellis. Et terti⁹ deſcēdit
p pectus vſqꝫ ad mirach vētris. Et q̄rtus q̄ eſt maior ra-
mificat̃ p muſculos q̄ ſunt in ſpatula. Et alia ps ramifica
tur in muſculū magnū q̄ eſt in ſubaſcella. Et terti⁹ ramus
eſt maior ⁊ venit ad brachiū ⁊ manū. ⁊ ē ille q̄ d̄r ſubaſcel
laris. Et qḋ reſiduū eſt de ramuſculis p̄mis: cui⁹ reſidui
vn⁹ ramus ramificat̃ ad iſtas ptes multas aſcēdit ad col
lū: ⁊ p̄mus anteq̄ ꝓfundet̃ in ipſa ramificat̃ p duo: ⁊ vna

illaꝝ eſt albudegh. ⁊ eſt in manifeſto colli: ⁊ hic eſt alba-
degh. q̄ eſt iterius. ⁊ q̄ eſt in manifeſto ramificat̃ cū aſcē-
dit ſupra ligamētū pectoris ⁊ ramificat̃ in duo. Et vnuꝫ
illoꝝ cū diuidit̃ aſcēdit anterius. ⁊ oblique ad ptē: ⁊ ſcḋm
vadit ad anterius ꝑius: ⁊ poſtea deſcēdit: ⁊ poſtea aſcēdit
vſqꝫ ad ligamētū pectoris ⁊ circūuoluit ipꝫ: ⁊ aſcēdit ⁊ ele
uat̃ ſcḋꝫ manifeſtū in collo quouſqꝫ adiūgat̃ cū p̄ma par
te: ⁊ cōmiſceat̃ cū eo: ⁊ ex ambobus erit albudegh mani-
feſtū: ⁊ d̄r ꝙ̄ imiſceant̃ cū eo due ptes. ⁊ poſtea diuidunt̃
in duas. ⁊ vna illaꝝ tēdit in latū: deīde obuiāt ſibi in lo-
co directo ꝯiūctiōe ligamētoꝝ pectoris in loco iteriori: ⁊
ſcḋa obliquat̃ manifeſte in collo: ⁊ ſui ſingulares pares
nō obuiāt ſibi. Et ab iſtis duobus paribus ramificātur
rami ꝑui ad modū telaꝝ araneaꝝ. ⁊ ſunt q̄ſi iſenſibiles
⁊ ēt ab iſto pari ſcḋo ramificant̃ tres vene maīfeſte ⁊ hñt
q̄titatē quātulācūqꝫ: ⁊ oēs alie ſūt iſenſibiles. ⁊ vna iſtaꝝ
venaꝝ q̄ ſunt manifeſte tēdit ſup ſpatulā: ⁊ eſt q̄ d̄r ſpatu
laris: ⁊ ab ipſa deſcēdit cephalica. ⁊ alie due ex vtraqꝫ pte
iſtius ſpatularis ꝯiūgunt̃ quouſqꝫ ꝑueniāt ad pixidē ſpa-
tule. ſꝫ vna illaꝝ finit̃ in illo loco. ⁊ nō ꝓcedit vltra: ⁊ ra-
mificat̃ in illo loco: ſꝫ ſcḋa quā p̄nominauimus ꝓcedit ad
caput adiutorij ⁊ ſpargit̃ ibi: ſꝫ ſpatularis ꝓcedit pluſq̄
alie vſqꝫ ad extremitatē manus. ſꝫ albudech manifeſtū:
poſtq̄ admiſcent̃ ſue ſingulares iā diuidit̃ p duo: vna pe
ñtrat iterius: ⁊ fiūt ex illa multi rami ꝑuuli: ⁊ ſpargunt̃ in
mādibula ſupiori: ⁊ alij rami maiores iſtis q̄ ſpargunt̃ in
mādibula iferiori: ⁊ ꝑticule amboꝝ minoꝝ diuidunt̃ ex
circuitu lingue. Et in manifeſto muſculoꝝ poſitoꝝ in lo
co illo. ⁊ alia ps q̄ appet ramificat̃ p loca q̄ ſunt poſt ca-
put ⁊ auriculas. ſꝫ albudegh qḋ ē iterius ꝯiūgit̃ cum yſo-
phago. ⁊ aſcēdit cū ipſo ſcḋꝫ rectitudinē: ⁊ dimittit in ſuo
ꝓceſſu quoſdā ramulos: ⁊ iuoluunt̃ cū muſculis veniēti-
bus ad albudegh manifeſtū. Et oēs diuidunt̃ in yſopha-
gū ⁊ epiglotiꝫ: ⁊ in oēs ptes muſculoꝝ q̄ vadūt interius. ⁊
ſua extremitas penetrat vſqꝫ ad finē Λ laude lr̃e. ⁊ rami
ficat̃ ipſe in ramos q̄ ꝓcedūt ad mēbra q̄ ſūt iter ſpondile
p̄mū ⁊ ſecūdū: ⁊ ēt ꝓcedit inde vena capillaris vſqꝫ ad iū
cturā capitis ⁊ colli: ⁊ ramificant̃ inde rami q̄ mittūt mē
branā cooperientē teſtā capitis ⁊ obuiant. Et illi rami i-
trant vbi cōcurrunt duo oſſa capitis: ibi in illis oſſibus. ⁊
qḋ reſiduum eſt de iſtis ramis penetrat inter vacuitateꝫ
oſſiuꝫ in fine future laude littere: ⁊ ramificant̃ inde ex eo
plures rami in mēbrana medulle: quas cibat ⁊ ligat mē-
branam duram q̄ cuꝫ iſta fuit in circuitu ⁊ in ſurſuꝫ. De-
inde exit extra membranaꝫ que cooperit caput. ⁊ poſtea
deſcendit a mēbrana ſubtili a cerebro: ⁊ ſpargit ſe ſcḋm
diſperſionē arteriaꝝ: ⁊ conſtringit omnes mēbrana ſpiſ-
ſa. ⁊ reddit eos ad locum ampluꝫ: ⁊ eſt locus ad queꝫ de-
ſcendit ſanguis: ⁊ in quo adunatur. ⁊ poſt ſpargitur inter
duas tunicas: ⁊ vocatur torcular. ⁊ tunc cuꝫ admixti fue-
rint iſti rami in ventriculo medio cerebri neceſſariū erit
vt magnificent̃ in eo ⁊ ſugant in eo ex torculari: ⁊ ſugant
etiam de eo qḋ decurrit ab ipſo p ramificationeꝫ: ⁊ a me-
dio ventriculo tendunt ad duos ventriculos anteriores.
⁊ obuiant arterijs que eleuantur ad vnum locum: ⁊ iſti
continuant̃ in membrana que vocatur rete. Sed vena
ſpatularis que dicitur cephalica quando fuerit prope ad-
iutorium primo ramificabitur in ramulos qui ſpargunt̃
in cute ⁊ in partibus manifeſtis muſculorum illius. De-
inde prope iuncturam aſſeꝫ cum adiutorijs: ⁊ quādo eſt
prope iſtam iuncturam diuiditur in tres partes. Et vna
iſtaꝝ eſt que dicitur chorda brachij: ⁊ eſt illud qḋ tendit
ſup manifeſtū focilis ſupioris. ⁊ declinat ad ptē ſilueſtrē.
ꝯclināſ ēt ad tumorē focilis iferioris. ⁊ ſpargit̃ i ptes iſe-
rioris ſilueſtres raſchetaꝝ: ⁊ ſcḋs vadit ad ptes declina-

tionis in manifeſto aſſeid. ⁊ ꝯiūgit̃ cū eo vnus ramulus veniēs a ſubaſcella: ⁊ ex iſtis ambabus fiet vena q̄ dicit̃ cardiaca. Et tertius ramus ꝓfundat̃ ⁊ īuoluit̃ in ꝓfundo quouſq; īmiſceat̃ adhuc cū ramulo ſubaſcellari. Sʒ ſubaſcellaris in ṗma ſui ramificatiōe ramificat̃ in ꝓfūdo ſui adiutorij ⁊ ſpargit̃ ſuꝑ muſculos ipſius: ⁊ remanebūt ramuli q applicabant̃ ad aſſeid. ⁊ ſubaſcellaris cū applicat̃ ad iūcturā torcularē diuidit̃ in duo: ⁊ vnū illoꝝ ꝓfundatur ⁊ ꝯtinuat ſe cū quodā ramulo ꝓfundate vene cardiace: ⁊ currit cū eo modicū: ⁊ poſtea diuidit̃ ⁊ aſcēdit vnuʒ illoꝝ quouſq; applicet̃ ad auricularē ꝑ domeſticū. ⁊ mediū ⁊ medicū: ⁊ pars aſſeid. Et ramificat̃ in ꝑtes manus ſilueſtris. ⁊ par ſcḋʒ ꝑtiū ſubaſcellaꝝ ramificatur verſus aſſetū ꝑ. 4. ⁊ vnus illoꝝ diuidit̃ in fortiori aſſeti vſq; ad raſetā: ⁊ ſcḋs diuidit̃ ſupius ꝑ diuiſionē ſicut diuidebat̃ primus ⁊ tertius: eodē mō diuidit̃ in media aſſed: ⁊ quartus eſt maior alijs. ⁊ eſt magis manifeſtus ⁊ altior inter alios: ⁊ ramificat̃ emittēs ex ſe ramū. ⁊ ꝯiūgit̃ cū cephalica: ⁊ ex illis duabus fit cardiaca: ⁊ qḋ eſt reſiduū eſt baſilica: ⁊ ille etiā deſcēdit ⁊ ꝓfundat̃ iteꝝ. ⁊ cardiaca īcipit a domeſtico ⁊ eleuat̃ a focili ſuperius: deinde declinat ad partē ſilueſtrē: ⁊ ramificat̃ ꝑ duos ramos ſcḋm figuram laude littere: ⁊ tūc eius altior ps venit ad extremitatē focilis ſupioris ⁊ ibit ad ꝑtē raſcete. Et ramificat̃ īter pollicē ⁊ indicē in ſilueſtrē indicis: ⁊ pars eius inferior ibit ad extremitatē focilis inferioris ⁊ diuidit̃ per tres ramos: ⁊ vnus illoꝝ vadit ad locū mediū īter indicē ⁊ medium: ⁊ ꝯtinuat̃ cū ramulo q venit a venā veniente ad indiceʒ a ꝑte ſupiori: ⁊ facit cū ea vnā venā. ⁊ ſcḋs ramus vadit ab ea. ſ. indicis ⁊ alluchalē q̄ eſt īter medicū ⁊ auriculareʒ: ⁊ ſpargit̃ inter mediū medicū ⁊ indicē: ⁊ tertius tendit ad auricularē ⁊ medicū: ⁊ iſti rami diuidunt̃ poſt in digitos. Et iā ſigillabimus de venis ſupioribus ſermonē noſtruʒ.

¶ Caplm 4m. De anothomia vētris īferioris ⁊ maioris.

ET pars que deſcēdit primi rami q ramificat̃ ab ea ſunt q̄ſi capillares: ⁊ hoc anteq̄ʒ applicet̃ ad dorſuʒ ⁊ redunt ad reuolutiōes renis dextri: ⁊ ſpargunt̃ ibi: ⁊ corpoꝝ in ꝓpinquo ipſius ad cibādum illa: ⁊ poſt ab illis ramificant̃ due vene magne q̄ dr̄r aſcēdentes: ⁊ vadūt ad duos renes eleuātes eis aquoſitatem ſanguinis. ⁊ aliquātulū ſanguis quem ſugūt renes. ⁊ ex vno aſcēdētiū ſiniſtro: vnus ramus q intrat in teſticulū ſiniſtrū ſcḋʒ modū quē ꝑdiximus in arterijs. Et etiā preter iſtū ramificant̃ due vene ⁊ vadūt ad teſticulos: ⁊ q itrāt in ſiniſtrū accipit ſemꝑ ramū ex ſiniſtro duoꝝ aſcēdētiū: ⁊ fortaſſe erit in aliq̄bus tota origo illi᷒ a ꝑte aſcēdētis: ⁊ ramus itrās dextrā aliq̄n accipit ramū a ſiniſtra. ſed plures modi ſunt cū teſticuloꝝ vene nō īuoluunt̃ cū venis veniētibus a renibus. ⁊ in illis eſt curſus digeſtiōis ſpermatis: ⁊ fit albū poſtq̄ʒ fuerit rubeū: ⁊ hoc ꝓpter multitudinē īuolutiōis ipſi᷒: ⁊ plus de iſta vena abſcōdit ſe in matricē: ⁊ ſicut vena arterialis deſcēdēs ſub ſpōdilibus ramificat̃ ſuꝑ coſtas: ita ab epate deſcēdit ſuꝑ ſpōdilia vena q̄dā q̄ ramificat̃ ſuꝑ ſpōdilia: ⁊ ſuꝑ muſculos a directo oppoſitas illis ſpōdilibus quouſq; veniant ad extremitates muſculoꝝ vētris mīricis. Deinde veniūt ab illa vene q̄ penetrāt ſpōdilia vſq; ad nucha. ⁊ tūc q̄n applicabitur ad vltimū ſpōdile ramificabit̃ in duo: ⁊ declinabunt ad vnā ꝑtē vnū: ⁊ aliud ad aliā. ſ. ad coxas ⁊ crura. Et anteq̄ʒ veniāt ad crura diuidunt̃ in decē ramos. ⁊ vn᷒ vadit ad duo dorſa: ⁊ ſcḋs ramus eſt q̄ſi capillaris. ⁊ vadit ad inferiores ꝑtes ſifac. ⁊ tertius ſpargit̃ ſuꝑ os pectinis dorſi: ⁊ q̄rtus ſpargit ſe in muſculos ani: ⁊ in manifeſto pectinis dorſi: ⁊ q̄ntus vadit ad itroitū matricū mulieꝝ: ⁊ ſpargit ſe in fundo illaꝝ ⁊ in eo ꝙ ꝯtinuat̃ cū ea ad veſicā: ⁊ illḋ qḋ vadit ad veſicā poſt diuidit̃ in duas ꝑtes: ⁊ vna pars ſpargit̃ in veſica: ⁊ alia ps ſpargit̃ in ſuo collo. Et iſta ps in viris eſt maior ꝑꝑ virgā: ⁊ in mulieribus eſt minor: ⁊ vene q̄ itrāt mr̄icē ex ꝑtibus ramificant̃ ⁊ aſcēdūt ad mamillas: ⁊ cū illis cōicant mamille ⁊ matrix. Et octau᷒ venit ad orificiū vulue. ⁊ in mulieribus ⁊ viris. Et nonus intrat muſculū interius pectinis dorſi. ⁊ ſpargit̃ in illo. Et decimus diuidit̃ in iguinibus māifeſte vſq; ad duo alia: ⁊ ꝯtinuat̃ cū capitibus venaꝝ deſcēdentiū: ⁊ maxime cū eis: q̄ deſcēdūt a ꝑtibus mamillaꝝ ⁊ adunant̃ adinuiceʒ ⁊ faciūt vnā ꝑtē magnā q̄ vadit ad muſculos natium. ⁊ qḋ reſiduū eſt de iſtis itrat coxas ⁊ ramificant̃ ab eo rami. ⁊ vnus ramus illoꝝ diuidit̃ in muſculos anteriores coxe. ⁊ alius in muſculos ſubteriores coxe. ⁊ ꝓfundat̃ in ſuo domeſtico: ⁊ alij ramuli multi ſpargunt̃ intra coxā: ⁊ qḋ reſiduū ē ab iſto toto diuidit̃ in tres ramos ⁊ hoc cuʒ cooperit lumen ⁊ iūcturā genu modicū. ⁊ tunc ps agreſtis illoꝝ tendit ſuꝑ minus os cruris vſq; ad chaab. ⁊ medius illoꝝ tendit vſq; ad duplicationē genu deſcēdendo ab illo. Et dimittit ramulos in muſculos q ſūt in iteriori cruris: ⁊ ramificant̃ in duos ramos. ⁊ latet vnus illoꝝ in iterioꝛib᷒ ꝑtib᷒ cruris: ⁊ ſcḋs iter duos neruos: ⁊ tēdit ad anterius pedis ⁊ voluit ſe cū vno ramulo agreſtis ꝓnominato. Et terti᷒ q eſt domeſticus decliat ad locū venoſū cruris: ⁊ tēdit ad chabab: ⁊ chabab gibboſuʒ arūdinis magne. ⁊ deſcēdit ad domeſticū anterius: ⁊ dr̃ ſcorſi: ⁊ iſti tres fūt q̄tuor: ⁊ duo ſilueſtres illoꝝ ad anteri᷒ arūdinis minoris: ⁊ duoꝝ domeſticoꝝ: vnus vadit ſuꝑ ſuperiorē ꝑtē pedis: ⁊ diuidit̃ in partem ſuperiorē ꝑtis digiti pedis: ⁊ ſcḋs iſtoꝝ domeſticoꝝ cū ramo ſilueſtri partis domeſtici: quā nominauimus: ⁊ diuidit̃ in partes ſtrictiores. Et eſt iſte ſermo cōpletus venaꝝ nō pulſatiliuʒ.

¶ Caplm 5m. De anothomia ciſtis fellis ⁊ veſice.

